Cf. adn. I 138, 3. — ἀλλ' ὅτι τάχιστα κ. τ. λ.. „Nullo modo dubitari posse arbitror, quin ponendum sit sic: ἀλλ' ὅτι τάχιστα ἤδη ἐξανίστασθαι καὶ μὴ μέλλειν. In vulgari enim scriptura quod Haackius existimat bis cogitandum esse infinitivum ἐξανίστασθαι, primum ad ὅτι τάχιστα ἤδη, deinde ad μέλλειν, id vereor ne ab omni Graecorum usu alienum sit; quod autem ego reposui certum habet constantemque usum, qui multis comprobari potest exemplis. Ac maxime quidem simile illud est V 30, 5 ἐκέλευον τοὺς Κορινθίους ἰέναι ἐς τὴν ξυμμαχίαν καὶ μὴ μέλλειν." Haas. Lucubr. Thuc. p. 58, qui praeterea 21, 4. 47, 3 confert.

§ 4. μή. Cf. adn. II 13, 1. — τὶ καὶ πλέον εἰδώς. Cf. adn. V 29, 2. Καί sonat adeo, *wohl gar*. — ἰσχυρίζηται. „Interpretes varie vertunt, modo affirmare, modo in sententia perseverare. Certum est in plerisque locis Thucydidis idem esse quod Latinis firmiter asseverare, omni asseveratione affirmare, pro certo affirmare. Cf. III 44, 3. IV 23, 1. 68, 6." Duk. Idem in reliquis locis V 26, 3. VI 55, 1 valet.

Cap. 50. § 1. ὁ δὲ Γύλ. καὶ ὁ Σικανός. Cf. supra 46. — παρῆσαν ἐς. Cf. adn. III 3, 4. — ἡ ... στάσις ... ἐξεπεπτώκει. „Ἐκπίπτειν saepe est patria eici, expelli. Cf. III 68, 3 Μεγαρέων ἀνδράσι κατὰ στάσιν ἐκπεπτωκόσι et VI 4, 5 ὑπὸ Σαμίων ἐκπίπτουσι. Hanc significationem secutus Acacius vertit factio, quae ad Syracusanos rem trahebat, eiecta fuit [immo fuerat]. Sed eam non admittunt verba ἐς φιλίαν [aut ἐς φίλια]." Duk. „Bau. rectissime scripsit ἡ τοῖς Συρακοσίοις στάσις φιλία ἐξεπεπτώκει. [Praepositio enim ἐς, nisi ex posteriore στάσις vocabuli syllaba errore repetita est, interpolationi debetur.] Decepit interpolatorem paulo rarior in adiectivis, in participiis non

ται, καὶ Γύλιππος δὴ στρατιὰν ἄγων. τοῦτο δὲ ὁρῶντες οἱ Ἀθηναῖοι μέλλουσιν ἀποπλεῖν, τῆς δὲ σελήνης ἐκλιπούσης ἐπέχουσιν.

ἁμαρτὼν τοῦ Ἀκράγαντος (ἐν Γέλᾳ γὰρ ὄντος αὐτοῦ ἔτι ἡ τοῖς Συρακοσίοις στάσις [ἐς] φιλία ἐξεπεπτώκει), ὁ δὲ Γύλιππος ἄλλην τε στρατιὰν πολλὴν ἔχων ἦλθεν ἀπὸ τῆς Σικελίας καὶ τοὺς ἐκ τῆς Πελοποννήσου τοῦ ἦρος ἐν ταῖς ὁλκάσιν ὁπλίτας ἀποσταλέντας, ἀφικομένους ἀπὸ τῆς Λιβύης ἐς Σελινοῦντα. ἀπενεχθέντες γὰρ ἐς Λιβύην, καὶ 2 δόντων Κυρηναίων τριήρεις δύο καὶ τοῦ πλοῦ ἡγεμόνας, καὶ ἐν τῷ παράπλῳ Εὐεσπερίταις πολιορκουμένοις ὑπὸ Λιβύων ξυμμαχήσαντες καὶ νικήσαντες τοὺς Λίβυς, καὶ αὐτόθεν παραπλεύσαντες ἐς Νέαν πόλιν, Καρχηδονιακὸν ἐμπόριον,

Cap. 50. § 1. φιλία Vat. (in fine superioris cap. desinit H.), φίλίαν (α superscr.) m., φίλια aut φιλίαν reliqui. Cf. adn.
ἄλλην στρατιὰν ἔχων πολλὴν Vat., πολλὴν ante ἄλλην collocant Marc. M. b. F. I.
§ 2. ἀπενεχθέντες It. Vat. Marc. M.; multi codd. ἀπενεχθέντων ex proximo δόντων ortum.

rarus ordo; vid. Synt. Gr. § 9 a n. 1 et quae in imo margine adduntur. Cf. Xen. Ages. 1, 10 τὰς ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεις Ἑλληνίδας, Hist. Gr. III 2, 9 καταλιπὼν τὰς περὶ ἐκεῖνα πόλεις φιλίας ἐν εἰρήνῃ, Arist. Ach. 1210 τῆς ἐν μάχῃ συμβολῆς βαρείας et ea ubi pro adiectivo praepositio est, velut Thuc. VIII 47, 1 τὴν ἑαυτοῦ κάθοδον ἐς τὴν πατρίδα et I 18, 1 μετὰ τὴν τῶν τυράννων κατάλυσιν ἐκ τὴν Ἑλλάδος. Eiectam esse factionem, quae Syracusanis faveret, ad rem pertinebat, quo abisset, nihil ad rem.“ Madv. l. l. Cf. Ullr. Symb. ad expl. Th. p. 176. Huic rationi assensus est Class. conferens praeterea attributi similiter partim postpositi haec exempla: III 56, 2. IV 122, 5. VII 23, 3 et paulo infra τοὺς ἐκ τῆς Πελοποννήσου ... ὁπλίτας ἀποσταλέντας. Cf. adn. I 18, 1. 90, 1. — ἄλλην τε στρατιάν. Selinuntiorum, Gelensium, Himeraeorum, Camarinaeorum, si fides Diodoro XIII 12, 4. Cf. 21, 1. — καὶ τοὺς ... ὁπλίτας. De re vid. 19, 3, de collocatione verborum quae supra adnotavimus.

§ 2. ἀπενεχθέντες. Apparet ex hoc verbo male de hoc itinere disputare Niebuhrium Hist. ant. II p. 156. Ceterum alibi καταφέρεσθαι de hac re dicitur. Vid. III 69, 1. IV 120, 1. — Εὐεσπερίταις. „Paululum ad occasum versus a Barca habitabant et sicut Barcaei Cyrenaeorum coloni videntur fuisse.“ Arn. Urbs eorum a nonnullis Hesperides, postea Beronice et Berenice nominata est, nunc Bengasi seu Bengazi. — Νέαν πόλιν. Cf. Strab. p. 834. Scyl. 93. Plin. H. N. V 24. Kiepert. Geogr. ant. § 197. Ab hac Neapoli distinguenda est altera, quae etiam Leptis vocatur, ad magnam Syrtim sita. Cf. Strab. p. 835, quem locum falso huc affert

ὅθενπερ Σικελία ἐλάχιστον δύο ἡμερῶν καὶ νυκτὸς πλοῦν ἀπέχει, καὶ ἀπ' αὐτοῦ περαιωθέντες ἀφ-
3 ίκοντο ἐς Σελινοῦντα. καὶ οἱ μὲν Συρακόσιοι εὐθὺς αὐτῶν ἐλθόντων παρεσκευάζοντο ὡς ἐπιθησόμενοι κατ' ἀμφότερα αὖθις τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ· οἱ δὲ τῶν Ἀθηναίων στρατηγοὶ ὁρῶντες στρατιάν τε ἄλλην προσγεγενημένην αὐτοῖς καὶ τὰ ἑαυτῶν ἅμα οὐκ ἐπὶ τὸ βέλτιον χωροῦντα, ἀλλὰ καθ' ἡμέραν τοῖς πᾶσι χαλεπώτερον ἴσχοντα, μάλιστα δὲ τῇ ἀσθενείᾳ τῶν ἀνθρώπων πιεζόμενα, μετεμέλοντό τε πρότερον οὐκ ἀναστάντες, καὶ ὡς αὐτοῖς οὐδὲ ὁ Νικίας ἔτι ὁμοίως ἠναντιοῦτο ἀλλ' ἢ μὴ φανερῶς γε ἀξιῶν ψηφίζεσθαι, προεῖπον ὡς ἐδύναντο ἀδηλότατα ἔκπλουν ἐκ τοῦ στρατο-

ὅθεν πρὸς Σικελίαν codd., praeterquam quod **καὶ** post **ὅθεν** addunt D. I. Emend. Boehm. Cf. adn. Simile vitium II 97, 3 sanavit Dobr.

δύο Cass. Aug. M. Cl. Ven. T. Pal. It. Reg. Marc. D. E. Laur. Mosqu. K. m. Dan. Vulgo **δυοῖν**, quod defendi posse apparet ex adn. ad sd. V 84, 1. Sed **δύο** apud gen. plur. legitur I 74, 1. 82, 2. II 62, 2. III 89, 3. Alterum igitur correctoribus videtur deberi. Ceterum C. et Gr. **δυεῖν**.

πλοῦν Vat., reliqui **πλοῦς**. At non cursus distat, sed loca cursu. Cf. adn.

§ 3. **ἄλλο εἰ μὴ** et postea **ἀξιῶν μὴ ψηφίζεσθαι** It. Vat. Laur. Marc. Pal. Aug. M. Cass. Reg. I. E. aliique. Sed **ἢ** primum **εἰ μή** particulis explanatum, deinde, ut sententia constaret, **μή** ab emend. additum videtur.

ἠδύναντο codd. Cf. sd. IV 129, 4.

Class., Scyl. l. l. Kiep. l. l. § 193. — **ὅθενπερ . . . πλοῦν ἀπέχει.** Cf. VI 2, 6 **ἐντεῦθεν ἐλάχιστον πλοῦν Καρχηδὼν Σικελίας ἀπέχει.** In Vat. scriptura, cum **ἀπέχει** impersonaliter (intervallum est) accipi nequeat, deest subiectum, quod ne desideraretur, ortum est **πλοῦς**, quod falso (cf. sd.) reliqui codd. habent.

§ 3. **ἐπὶ τὸ βέλτιον.** Ut Latine in melius. Ceterum cf. adn. VI 60, 2. — **τοῖς πᾶσι.** Vid. adn. V 28, 2. — **χαλεπώτερον ἴσχοντα.** Cf. **βέλτιον ἴσχειν** Plat. Lach. 181 e et sd. III 58, 5. — **μάλιστα . . . ἀναστάντες.** Cf. Diod. XIII 12, 1 et supra 47, 2. — **ἀλλ' ἢ μὴ . . . ἀξιῶν ψηφίζεσθαι.** „Id est: nolebat consilium haberi, cui taxiarchi et trierarchi interessent, in quo res palam suffragiis ferendis decerneretur. Cf. 48, 1. Ac cum duces huius expeditionis plena potestate (**αὐτοκράτορες**) essent, suo periculo iis agere licebat.“ Arn. De **ἀλλ' ἤ**, praeterquam, vid. adn. III 71, 1. — **προεῖπον**, edixerunt. — **ὡς ἐδύναντο ἀδηλότατα**, i. e. rem ipsam non clare ac distincte

πέδου πᾶσι καὶ παρεσκευάσθαι, ὅταν τις ση-
μήνῃ. καὶ μελλόντων αὐτῶν, ἐπειδὴ ἑτοῖμα ἦν, 4
ἀποπλεῖν ἡ σελήνη ἐκλείπει· ἐτύγχανε γὰρ πανσέ-
ληνος οὖσα. καὶ οἱ Ἀθηναῖοι οἵ τε πλείους ἐπι-
σχεῖν ἐκέλευον τοὺς στρατηγοὺς ἐνθύμιον ποιού-
μενοι, καὶ ὁ Νικίας (ἦν γάρ τι καὶ ἄγαν θειασμῷ

παρασκευάσασθαι codd. Cf. adn.

§ 4. *πασσέληνος* Bekk. ex Pal., ut videtur, etsi de eo tacet Frommel. Cf. Lob. ad Soph. Ai. 836 et de *πανσυδί* et *πασσυδί* sd. VIII 1, 1.

γάρ τοι ex uno Mosqu. scripsit Goell., quia pron. indef. et *ἄγαν* alterum alteri repugnaret. Sed *γάρ τι* recte revocarunt Bloomf. et Arn., ex quibus ille 63, 3 *δέομαι μὴ ἐκπεπλῆχθαί τι ταῖς ξυμφοραῖς ἄγαν* confert et hanc modestiam verborum plane Thucydideam iudicat, uterque somewhat too much, somewhat overmuch interpretatur.

indicantes, sed quam maxime poterant occultantes (cf. I 139, 1 *ἐνδηλότατα προύλεγον*), ne milites quid revera ageretur sentirent eorumque imprudentia consilium suum hostibus patefieret. Eadem erat causa, cur Nicias rem palam decerni nollet. — *παρεσκευάσθαι*, paratos esse, pro *παρασκευάσασθαι* Abreschio auctore scripsimus, quod signum datur non ad praeparandum, sed ad enavigandum, quam emendationem confirmat Plut. Nic. 22 *παρήγγειλε τοῖς στρατιώταις εὐτρεπεῖς εἶναι πρὸς ἀπόπλουν*. Class. *καί*, quod proxime praecedit delevit, ut *ἔκπλουν παρασκευάσασθαι* iungeretur eoque *ὡς ἐδύναντο ἀδηλότατα*, cuius vim ac rationem parum perspexit, referretur, non reputans sic *ὡς ἂν δύνωνται* vel *ὡς δύναιντο* scribendum fuisse. Deinde *ὅταν τις σημήνῃ* ad solum *ἔκπλουν* pertinere vult, quae ratio non solum obscurissima est, sed etiam verborum collocationi prorsus contraria. — *ὅταν τις σημήνῃ*. „Saepe ita pron. indef. ... nempe qui possit, cui ius sit.“ Bau. Cf. Matth. Gr. § 487, 2, ne pronomen tibi suspectum sit.

§ 4. *σελήνη ἐκλείπει*. „Circiter noctem mediam Augusti vel XXVII⁰ vel XXVIII⁰ assignant calculi astronomici.“ Dodw. Cf. Heis „*Die Finsternisse während des Pelop. Kriegs*“ p. 11, qui die XXVII m. Aug. post hor. 8 vespert. docet fuisse. — *ἐνθύμιον ποιούμενοι*, in religionem rem vertentes s. trahentes. — *θειασμῷ τε καὶ τῷ τοιούτῳ προσκείμενος*. Cf. Plut. Nic. 4 *σφόδρα γὰρ ἦν τῶν ἐκπεπληγμένων τὰ δαιμόνια καὶ θειασμῷ προσκείμενος, ὥς φησι Θ.* Vis substantivi *θειασμός* apparet ex *θειάζειν* VIII 1, 1; contra differt *ἐπιθειάζειν* II 75, 1, ubi vid. adn. Extrema schol. sic. explicat: *τῷ τοιούτῳ, φησίν, εἴδει τοῦ θειασμοῦ προσέχων, τῷ παραφυλάττειν τὰς ἐκλείψεις καὶ τὰ οὐράνια.* Plutarchus de Malign. Herodot. p. 395 laudat Thucydidem, quod Niciam *θειασμῷ προσκείμενον*, non *θεόληπτον* dixerit. Idem huius ducis superstitionem perstringit Mor. p. 169, cum in

τε καὶ τῷ τοιούτῳ προσκείμενος) οὐδ' ἂν διαβουλεύσασθαι ἔτι ἔφη, πρίν, ὡς οἱ μάντεις ἐξηγοῦντο, τρὶς ἐννέα ἡμέρας μεῖναι, ὅπως ἂν πρότερον κινηθείη. καὶ τοῖς μὲν Ἀθηναίοις μελλήσασι διὰ τοῦτο ἡ μονὴ ἐγεγένητο.

1 51. Οἱ δὲ Συρακόσιοι καὶ αὐτοὶ τοῦτο πυθόμενοι πολλῷ μᾶλλον ἐπηρμένοι ἦσαν μὴ ἀνιέναι τὰ τῶν Ἀθηναίων, ὡς καὶ αὐτῶν κατεγνωκότων οἱ Συρακόσιοι οὐ βούλονται τοὺς Ἀθηναίους ἐᾶν ἀποχω-

Cap. 51. § 1. ἐγηγερμένοι omnes praeter Vat. C. F. Cam. Gr. Cf. adn.

Nic. 23 dubitet, utrum inscientiam an superstitionem appellet. Cf. ibid. 22 et Diod. XIII 12, 7. — οὐδ' ἂν . . .] τὸ ἑξῆς, οὐδ' ἂν διαβουλεύσασθαι, ὅπως ἂν κινηθείη πρότερον, τουτέστι πρὶν τρὶς ἐννέα ἡμέρας κ. τ. λ. schol. Lugd. Ex his Bloomfieldium, qui exempla verbi διαβουλ. adscripsit, male censere ellipsin his esse verborum: utrum abirent an manerent apparet. — ἐξηγοῦντο. Ἐξηγεῖσθαι, ἐξήγησις, ἐξηγητής propria esse vocabula de caeremoniarum, portentorum et prodigiorum interpretibus ostendunt hic explanatores. Cf. Herm. Antiqu. II § 1, 12. 38, 12. De vatibus tunc praesentibus cf. VI 69, 2. — τρὶς ἐννέα ἡμέρας. In vaticinio poëtica periphrasis τρὶς ἐννέα est posita, qua sacri numeri nominantur. „Adstipulatur Thucydidi Plutarchus, qui Niciam e vatum sententia ἄλλην σελήνης περίοδον exspectare voluisse dicit. Sed tres tamen dies satis fuisse ostendit ex [Autoclide] in Exegeticis idem Plutarchus. Nec plus quam trium dierum ex eorundem vatum sententia meminit Diodorus, fort. ex Philisto . . . Eventus certe magis Diodoro suffragatur.“ Dodw., qui apud Thuc. ἐννέα delendum esse suspicatur, qua in re ei assentitur Wessel. ad Diod. l. d. Sed „summo iure me defendere posse arbitror apud Thuc. τρὶς ἐννέα ἡμέρας . . . Quae Plutarchus hac de re ex Anticlidis [?] commentariis affert satis explicant, quid Diodorum permoverit, ut de tribus tantum diebus [qui plerumque in tali διοσημείᾳ infausti existimarentur] loqueretur. Eventus autem nihil probare potest. Est verum Athenienses non mensem, sed paucos tantum dies [plures tamen tribus; vid. Arn.] commoratos esse. Sed tunc iam ita ad ultimas angustias redacti erant, ut neque abire neque manere in eorum potestate esset.“ Ullrich. Aristoph. Quaest. I p. 40.

Cap. 51. § 1. ἐπηρμένοι ἦσαν, incitati erant, enitebantur. Inusitatum est hoc sensu apud prosae orationis scriptores verbum ἐγείρειν (cf. sd.) — μὴ ἀνιέναι τὰ τῶν Ἀθηναίων. „Τὰ τῶν Ἀθην. intellexerim res, consilia, conatus Atheniensium, quos nollent Syracusani ἀνιέναι, neglegere, transmittere, secure ac socorditer habere.“ Bau. Μὴ ἀνιέναι τὸν πόλεμον et alia comparat Abr. — κατεγνωκότων. Cf. adn. III 45, 1. —

ρεῖν. μικρὰ ξυμπλοκὴ κατὰ γῆν.

ἤδη μηκέτι κρεισσόνων εἶναι σφῶν μήτε ταῖς ναυσὶ μήτε τῷ πεζῷ (οὐ γὰρ ἂν τὸν ἔκπλουν ἐπιβουλεῦσαι), καὶ ἅμα οὐ βουλόμενοι αὐτοὺς ἄλλοσέ ποι τῆς Σικελίας καθεζομένους χαλεπωτέρους εἶναι προσπολεμεῖν, ἀλλ' αὐτοῦ ὡς τάχιστα καὶ ἐν ᾧ σφίσι ξυμφέρει ἀναγκάσαι αὐτοὺς ναυμαχεῖν. τὰς 2
οὖν ναῦς ἐπλήρουν καὶ ἀνεπειρῶντο ἡμέρας ὅσαι αὐτοῖς ἐδόκουν ἱκαναὶ εἶναι. ἐπειδὴ δὲ καιρὸς ἦν, τῇ μὲν προτέρᾳ πρὸς τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων προσέβαλλον, καὶ ἐπεξελθόντος μέρους τινὸς οὐ πολλοῦ καὶ τῶν ὁπλιτῶν καὶ τῶν ἱππέων κατά τινας πύλας, ἀπολαμβάνουσί τε τῶν ὁπλιτῶν τινας καὶ τρεψάμενοι καταδιώκουσιν· οὔσης δὲ στενῆς τῆς ἐσόδου οἱ Ἀθηναῖοι ἵππους τε ἑβδομήκοντα ἀπολλύουσι καὶ τῶν ὁπλιτῶν οὐ πολλούς.

ἔπειτα δὲ μεγάλης ναυμαχίας τε καὶ πεζομαχίας γε-

52. Καὶ ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ ἀπεχώρησεν ἡ 1
στρατιὰ τῶν Συρακοσίων· τῇ δ' ὑστεραίᾳ ταῖς τε ναυσὶν ἐκπλέουσιν οὔσαις ἓξ καὶ ἑβδομήκοντα,

σφῶν τε Vat.

ταῖς om. Cass. Aug. Cl. Ven. T. Pal. It. M. et duodecim alii. Sed ita etiam *τῷ* ante *πεζῷ* delendum esset, quod soli ignorant F. D. Utrumque recte dicitur.

§ 2. *ἀνεπειρῶντο* It. Cam. Gr. tacitusque Lugd. In Aug. Cl. Ven. T. Pal. Vat. Vall. et ceteris membranis plerisque *ἀνεπαύοντο*, quod rerum condicioni repugnat. Cf. 7, 4. *οἵ τε Συρακόσιοι ναυτικὸν ἐπλήρουν καὶ ἀνεπειρῶντο.*

ὅσας Vat. Bas.

προτεραίᾳ aliquot codd., inter quos Vat., quod minus aptum est, cum dies quem hic insequeretur antea non memoratus sit. Cf. L. Herbst. adv. Cob. p. 36 et adn. V 75, 4.

ἀπολλύασι Gr. At vid. adn. IV 25, 5.

Cap. 52. § 1. *τῷ τείχει* It. Vat.

σφῶν ex comparativo aptum est. — *οὐ γὰρ ἂν ... ἐπιβουλεῦσαι.* Totum enuntiatum pendet ex *ἐνόμιζον* (*οἱ Συρακ.*) similive verbo repetendo ex illis *οἱ Συρακ. ἐπηρμένοι ἦσαν.* Cf. adn. IV 3, 2. Audi autem *εἰ μὴ κατεγίγνωσκον ἤδη μηκέτι κρεισσόνων εἶναι σφῶν* sive *εἰ ἐγίγνωσκον ἑαυτοὺς κρείσσους ὄντας* et cf. adn. I 68, 4. 102, 2. De *ἐπιβουλ.* vid. adn. III 20, 1. VI 54, 3. — *ἄλλοσέ ποι.* Cf. 49, 2.

§ 2. *ἀνεπειρῶντο.* Cf. adn. 7, 4. — *ὅσαι ... εἶναι.* Cf. adn. 75, 1. — *ἐσόδου.* Est ingressus s. introitus in munitionem Atheniensium. — *ἵππους* scil. cum equitibus. Cf. 54. Xen. Anab. VII 3, 41. 43.

Cap. 52. § 1. *ἓξ καὶ ἑβδο-*

καὶ τῷ πεζῷ ἅμα πρὸς τὰ τείχη ἐχώρουν. οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἀντανῆγον ναυσὶν ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα 2 καὶ προσμίξαντες ἐναυμάχουν. καὶ τὸν Εὐρυμέδοντα ἔχοντα τὸ δεξιὸν κέρας τῶν Ἀθηναίων καὶ βουλόμενον περικλῄσασθαι τας ναῦς τῶν ἐναντίων καὶ ἐπεξάγοντα τῷ πλῷ πρὸς τὴν γῆν μᾶλλον, νικήσαντες οἱ Συρακόσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι τὸ μέσον πρῶτον [τῶν Ἀθηναίων], ἀπολαμβάνουσι κἀκεῖνον ἐν τῷ κοίλῳ καὶ μυχῷ τοῦ λιμένος, καὶ αὐτόν τε διαφθείρουσι καὶ τὰς μετ' αὐτοῦ ναῦς

νομένης τὸ μὲν ναυτικὸν τῶν Ἀθηναίων νικᾶται καὶ Εὐρυμέδων διαφθείρεται·

§ 2. ἐπεξάγοντα Vat., reliqui ἐξάγοντα, ἐπεξαγαγόντα, ἐξαγαγόντα. Cf. adn.

πλοίῳ Aug. Ven. It. Vat.

τῶν Ἀθηναίων πρῶτον Vat. Diversa collocatio suspectum facit τῶν Ἀθηναίων, quo optime caremus.

καὶ ante μυχῷ om. E. Laur., quod probat Burg. p. 190. At cf. adn.

μήκοντα. Septuaginta quattuor habet Diod. XIII 13, 1. — ἀντανῆγον. Cf. adn. I 52, 2. VII 37, 3. — ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα. Consentit Diod. l. d. — ἐναυμάχουν. De occasione proelii cf. Plut. Nic. 24.

§ 2. τὸ δεξιὸν κέρας. Sinistro cornu praeerat Euthydemus, mediae aciei Menander. Syracusanorum sinistrum cornu tenebat Agatharchus, dextrum Sicanus, mediam aciem Pythen. Ita Diod. XIII 13, 2. — ἐπεξάγοντα, navium agmen producentem vel explicantem. Cf. adn. V 71, 3 et simile ἀντεπεξῆγον VIII 104, 4. Britannice Arnoldus, ut illo loco, vult valere *to break away from the line to attack the enemy*, at Bloomfieldius in bello navali potius *to draw off* reddendum esse adnotat in ed. 2. Ὡς ἀπεσπάσθη τῆς τάξεως pro eo dixit Diod. XIII 13, 3. — νικήσαντες . . . τὸ μέσον πρῶτον. Dissentit Diod. — κἀκεῖνον. Hoc propter interiectum membrum νικήσαντες . . . τὸ μέσον πρῶτον τῶν Ἀθ. additum est, etsi antecedit accusativus Εὐρυμέδοντα. Cf. de αὐτός adn. II 62, 1. — ἐν τῷ κοίλῳ καὶ μυχῷ τοῦ λιμένος, in sinu atque recessu portus, formam et situm loci significat, ubi Eurymedon interceptus est. Non audiendus igitur Herw., qui in Stud. Thuc. p. 100 κοίλῳ καὶ delet. Diod. l. d. πρὸς τὸν κόλπον τὸν Δάσκωνα μὲν καλούμενον, ὑπὸ δὲ τῶν Συρακοσίων κατεχόμενον. Recte igitur μυχοῦ nomen totam interiorem portus partem complecti existimabimus; nam et Athenienses in μυχῷ, i. e. inter Anapum et urbem prope duplicem murum, stationem habebant (vid. 4, 4 et ibi adn.) et Eurymedon, cum ab hac statione et acie Atheniensium cornu explicatum subduxisset, ἐν μυχῷ, id est apud Dasconem ad dextram, ut videtur, Anapi ripam (vid. adn. VI 66, 2), caesus est. — αὐτόν τε διαφθείρουσι. De modo rei gestae vid. Diod. XIII 13, 4. — τὰς μετ' αὐτοῦ . . .

ἐπισπομένας· ἔπειτα δὲ καὶ τὰς πάσας ἤδη ναῦς τῶν Ἀθηναίων κατεδίωκόν τε καὶ ἐξεώθουν ἐς τὴν γῆν.

κατὰ δὲ γῆν οἱ Ἀθηναῖοι νικῶσι καὶ τὰς λοιπὰς ναῦς μὴ ἐμπρησθῆναι κωλύουσιν.

53. Ὁ δὲ Γύλιππος ὁρῶν τὰς ναῦς τῶν 1
πολεμίων νικωμένας καὶ ἔξω τῶν σταυρωμάτων
καὶ τοῦ ἑαυτῶν στρατοπέδου καταφερομένας,
βουλόμενος διαφθείρειν τοὺς ἐκβαίνοντας καὶ τὰς
ναῦς ῥᾷον τοὺς Συρακοσίους ἀφέλκειν τῆς γῆς
φιλίας οὔσης, παρεβοήθει ἐπὶ τὴν χηλὴν μέρος τι
ἔχων τῆς στρατιᾶς. καὶ αὐτοὺς οἱ Τυρσηνοί (οὗτοι 2
γὰρ ἐφύλασσον τοῖς Ἀθηναίοις ταύτῃ) ὁρῶντες

ναῦς ἤδη omnes praeter Vat. Cf. VIII 56, 4.
ἐξώθουν Vat. Gr. E. Mosqu. Dan. Cf. adn. II 84, 3.
Cap. 53. § 2. ταύτῃ, quod habet Vat., longe plurimi om., quo sententia manca evadit.

ἐπισπομένας. Just. IV 5, 7 XXX naves [quibus praefuerat] incenduntur. At septem rectius (cf. 53, 3) numerat Diod., neque incensae eae sunt, qui error Iustini ortus est ex conatu Syracusanorum 53, 4 narrato. Ipsum ἑπτά post ἐπισπομένας excidisse suspicatur Herw. l. l. De ἐφέπεσθαι μετά τινος vid. Lob. ad Phryn. p. 354 et adn. VII 57, 9. — ἐξεώθουν. Cf. adn. II 90, 5. — ἐς τὴν γῆν. Πρὸς τὸ τεναγῶδες μέρος τοῦ λιμένος Diod. XIII 13, 6.

Cap. 53. § 1. τῶν σταυρωμάτων. Supra 38, 2 τοῦ σταυρώματος. Cf. ad. VI 74, 2. — τοῦ . . . στρατοπέδου. De his castris vid. adn. 23, 1. — καταφερομένας, deferri (ad terram). Cf. 71, 6 et adn. 51, 2. — ἀφέλκειν, remulco abstrahere. Cur opus sit ἀνέλκειν, in terram trahere, quod hic reposuit Class., non intellegimus. — φιλίας οὔσης, si ab amicis (terra) teneretur. — παρεβοήθει ἐπὶ τὴν χηλήν. Cf. I 63, 1 παρῆλθε παρὰ τὴν χηλὴν διὰ τῆς θαλάσσης et ibi adn. „Χηλὴ est Latinorum crepido, et Cicero de hac ipsa re loquitur Verr. V 37: piraticus myoparo usque ad forum Syracusanorum et ad omnes crepidines urbis accessit. Χηλή secuta aliquantum urbis moenia, donec in mediterranea versus verterentur, inde secundum oram portus procurrebat aggerem quendam angustum inter mare et paludes efficiens. Quae via cum angusta esset, ut Syracusani, ubi primum victi sunt, in paludes, quae ipsis ad dextram essent, pellerentur, consentaneum fuit.“ Arn. Esse crepidinem [„mole“] eam, qua Lysimelea palus a mari separetur, breviter adnotat Leak. apud Bloomf. p. 685. Cf. Holm. l. l. II p. 396.

§ 2. οἱ Τυρσηνοί. Cf. VI 88, 6. 103, 2. Tyrrhenorum gravis armaturae milites similiter atque Graecos armatos fuisse ex monumentis nuper repertis intellegi adnotat Leak. l. d. p. 686. — ἐφύλασσον τοῖς Ἀθηναίοις ταύτῃ, „ab Atheniensibus ibi in praesidio,

ἀτάκτως προσφερομένους, ἐπεκβοηθήσαντες καὶ προσπεσόντες τοῖς πρώτοις τρέπουσι καὶ ἐσβάλλουσιν ἐς τὴν λίμνην τὴν Λυσιμέλειαν καλου-
3 μένην. ὕστερον δὲ πλείονος ἤδη τοῦ στρατεύματος παρόντος τῶν Συρακοσίων καὶ ξυμμάχων, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐπιβοηθήσαντες καὶ δείσαντες περὶ ταῖς ναυσὶν ἐς μάχην τε κατέστησαν πρὸς αὐτοὺς καὶ νικήσαντες ἐπεδίωξαν καὶ ὁπλίτας τε οὐ πολλοὺς ἀπέκτειναν καὶ τὰς ναῦς τὰς μὲν πολλὰς διέσωσάν τε καὶ ξυνήγαγον κατὰ τὸ στρατόπεδον, δυοῖν δὲ δεούσας εἴκοσιν οἱ Συρακόσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἔλαβον αὐτῶν καὶ τοὺς ἄνδρας
4 πάντας ἀπέκτειναν. καὶ ἐπὶ τὰς λοιπὰς ἐμπρῆσαι βουλόμενοι ὁλκάδα παλαιὰν κληματίδων καὶ δᾳδὸς γεμίσαντες (ἦν γὰρ ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους ὁ ἄνεμος οὔριος) ἀφεῖσαν [τὴν ναῦν] πῦρ ἐμβαλόντες. καὶ οἱ Ἀθηναῖοι δείσαντες περὶ ταῖς ναυσὶν ἀντεμηχανήσαντο [τε] σβεστήρια κωλύματα, καὶ παύσαν-

§ 3. δυοῖν δὲ δεούσας εἴκοσιν οἱ Vat. Vall. Vulgo δυοῖν δεούσας εἴκοσιν ἃς οἱ, unde absurda oritur sententia.
§ 4. βουλόμενοι ἐμπρῆσαι Vat.
τε om. Gr., idque recte, cum proxima καί particula quod deinde factum est adiungatur.

in statione 'positi erant." Bau. Φυλάσσειν, ut saepe, simpliciter dictum est pro ἐν φυλακῇ εἶναι. — Λυσιμέλειαν. Vid. Theocr. Id. 16, 84 ibique schol. Cluv. Sic. ant. p. 174. Hodie Pantanelli. Cf. adn. VI 66, 1. 101, 1.

§ 3. καὶ δείσαντες. De καί, quod aliquis abesse velit, vid. adn. I 1, 1. — κατὰ τὸ στρατόπεδον, exadversum (cf. II 30, 2) castra. Delevit haec verba Herw. in Mnemos. nov. ser. VIII p. 300; Th. ἐς τὸ στρατ. scripturum fuisse. Sed sic ne poterat quidem scribere, cum castra sint copiarum pedestrium (cf. § 1 et adn. 8, 3), et deletis verbis mancum est ξυνήγαγον.

§ 4. κληματίδων καὶ δᾳδὸς γεμίσαντες. Diod. XIII 13, 6 ὁλκάδα κληματίδων καὶ δᾴδων, ἔτι δὲ πίττης πληρώσας (Σικανὸς ὁ τῶν Συρακοσίων στρατηγός). Thucydides igitur singulari δᾴς collective est usus, ut Plut. Ant. 74. Cf. adn. II 4, 2. — [τὴν ναῦν] abesse debet, cum iungendum sit ὁλκάδα γεμίσαντες ἀφεῖσαν. Del. Herw. l. l. — σβεστήρια κωλύματα. „Σβεστηρίου vocis in Steph. Thes. exempla non proferuntur. [Et adiective et substantive poni posse apparet ex Buttm. Gr. max. § 119, 35 C, a, ubi vid. Lob. Substantive] legitur apud Arrian. II 19, 8 σβεστήριον τῇ φλογὶ ἐπέφερον. [Cf. Plut.

τες τὴν φλόγα καὶ τὸ μὴ προσελθεῖν ἐγγὺς τὴν ὁλκάδα τοῦ κινδύνου ἀπηλλάγησαν.

τροπαῖα ἑκατέρων.

54. *Μετὰ δὲ τοῦτο Συρακόσιοι μὲν τῆς τε ναυμαχίας τροπαῖον ἔστησαν καὶ τῆς ἄνω τῆς πρὸς τῷ τείχει ἀπολήψεως τῶν ὁπλιτῶν, ὅθεν καὶ τοὺς ἵππους ἔλαβον, Ἀθηναῖοι δὲ ἧς τε οἱ Τυρσηνοὶ τροπῆς ἐποιήσαντο τῶν πεζῶν ἐς τὴν λίμνην καὶ ἧς αὐτοὶ τῷ ἄλλῳ στρατοπέδῳ.*

ἀθυμία Ἀθηναίων.

55. *Γεγενημένης δὲ τῆς νίκης τοῖς Συρακοσί- 1
οις λαμπρᾶς ἤδη καὶ τοῦ ναυτικοῦ (πρότερον μὲν*

τὴν φλόγα omnes praeter Vat. Cf. adn.

Cap. **54.** *οἱ Συρακόσιοι μὲν* omnes praeter Vat. Sed cum articulo Th. *οἱ μὲν Συρ.* scripsisset.

ἀπολείψεως Aug. It. Vat. At vid. 51, 2.

Cap. **55.** § 1. *καὶ* ante *τοῦ ναυτικοῦ* om. Vat. et aliquot deteriores. Cf. adn.

Cam. 34.] Respexit huc Polyaen. VI 3 *σβεστήριον γὰρ πυρὸς μάλιστα ὄξος εἶναι δοκεῖ· ἄριστον δὲ κώλυμα πυρὸς ἐπαλειφόμενον ὄξος, ἥκιστα γὰρ τούτου πῦρ ἅπτεται.*“ Bloomf. Ob haec verba potius aliquis *σβεστήρια* (*πυρός*) et *κωλύματα* (*πυρός*) discerni et inter se coniungi non posse crediderit. „*Κωλύματα. Προκαλύμματα?* nisi delendum est.“ Krueg., qui machinamenta dixisse pro eo Vallam addit. *Προκαλύμματα* nobis aptum non videtur. *Κωλύματα* abesse sane malis, cum subsidia restinguendis ignibus significentur, non impedimenta. Sed „Poll. I 168 *σβεστηρίοις κωλύμασιν ἐχρῶντο.* Videtur sumpsisse ex h. l.“ Duk. — *καὶ παύσαντες . . . ἀπηλλάγησαν*, et restincta non solum flamma, sed etiam impedita quominus prope accederet nave oneraria periculo liberati sunt, i. e. partim restincta flamma naves servarunt (scil. eas quas ignis iam corripuerat) partim amota nave oneraria (prohibentes scil., ne ignis eas corriperet). Similia *τὲ — καί* particulis iuncta sunt 4, 6; de addito *μή* cf. Matth. Gr. § 534 adn. 5, 4 et § 543 adn. 2. Krueg. Gr. § 67, 12 adn. 4. Hac explicatione causam sustulimus, qua commotus Herw. l. l. Classeni interpretationem, quam ne nos quidem probamus, vituperans Badhamum laudavit, quod *καὶ παύσαντες τὴν φλόγα* post *τὴν ὁλκάδα* transponi iussisset. Et quomodo flammam restingui opus erat, si providerant, ne navis oneraria prope accederet? Certe ignis propagari non poterat nisi ex hac propius admota.

Cap. **54.** *τῆς ἄνω. Ἄνω* hic de tempore dictum voluit Portus, quod non videtur probari posse. Cum alterum proelium terrestre fuerit ad mare (53), id, ad quod hic respicitur (51, 2), in planitiei parte superiore, i. e. magis ad Epipolarum rupem vergenti, pugnatum esse censendum est. De iterato deinde articulo vid. Matth. Gr. § 276 et § 279 adn. 3. — *ὅθεν* = *ἐξ ἧς* (*τῆς ἄνω ἀπολήψεως*). — *ἵππους*. Cf. adn. 51, 2. — *Ἀθηναῖοι δέ*. Repete *τροπαῖον ἔστησαν*.

Cap. **55.** § 1. *λαμπρᾶς.*

γὰρ ἐφοβοῦντο τὰς μετὰ τοῦ Δημοσθένους ναῦς ἐπελθούσας), οἱ μὲν Ἀθηναῖοι ἐν παντὶ δὴ ἀθυμίας ἦσαν καὶ ὁ παράλογος αὐτοῖς μέγας ἦν, πολὺ δὲ μείζων ἔτι τῆς στρατείας ὁ μετάμελος.
2 πόλεσι γὰρ ταύταις μόναις ἤδη ὁμοιοτρόποις ἐπελθόντες, δημοκρατουμέναις τε, ὥσπερ καὶ αὐτοί, καὶ ναῦς καὶ ἵππους καὶ μεγέθη ἐχούσαις, οὐ δυ-

παντὶ ἤδη Vat. et vulgo Suid. in παράλογος, sed ibi δὴ ex duobus codd. restituit Bernhardy.

στρατείας codd., nisi quod στρατίας T. Lugd. Emend. A. Portus.

§ 2. ναυσὶ καὶ ἵπποις καὶ μεγέθει praeter Vat. codd. longe plurimi. Dativis repositis ἰσχυούσαις pro ἐχούσαις legendum conicit Duker, quam coniecturam commendat Bloomf. in ed. 2. Cf. adn.

Similiter τῆς δὲ τροπῆς λαμπρᾶς γεγενημένης Luci. Ver. Hist. 7. Verba valent proprie idem atque pleniora τῆς νίκης ἣν ἐνίκησαν λαμπρᾶς νίκης γεγενημένης. De vi voc. λαμπρός cf. I 49, 7. II 7, 1. Class. λαμπρῶς scripsit, cuius mutationis rationem non perspicimus, cum adiectivum praedicativum eandem vim habeat. — καὶ τοῦ ναυτικοῦ. *Etiam* classis dicit, quod pedestres Atheniensium copias statim post adventum Demosthenis vicerant. Eodem prorsus modo infra § 2 καὶ ταῖς ναυσὶν ἐκρατήθησαν. — πρότερον μέν. Est μέν solitarium, de quo cf. sd. I 69, 4. adn. II 65, 12. — ἐν παντὶ δὴ ἀθυμίας ἦσαν. De verbis ἐν παντί cum gen. coniunctis vid. Matth. Gr. § 442, 3. Krueg. § 47, 10 adn. 3. Saupp. ad. Xen. de Re equ. 12, 8. Herw. l. l. ἀθυμίας delet conferens Plat. Symp. 194 a. Euthyd. 301 a. Xen. Hist. Gr. V 4, 29. Sed his exemplis non probatur genetivum expungendum esse. Nam Plat. etiam ἐν παντὶ κακοῦ εἴης dixit de Rep. 579 b, et quanquam apud Xen. Hist. Gr. VI 1, 12 est εἰς πᾶν ἀφίκετο βασιλεύς, tamen apud Herod. VII 118 εἰς πᾶν κακοῦ ἀπικέατο legitur. — τῆς στρατείας ὁ μετάμελος. Genetivus obiectivus est. Ipsa vox μετάμελος rarior quidem est, sed cum genetivo rei, cuius aliquem poenitet, exstat etiam apud Dion. Cass. Ioseph. Procop.

§ 2. πόλεσι γὰρ . . . ἐπελθόντες. Cum πόλεσι articulo careat et ὁμοιοτρόποις praedicati vice fungatur, haec verba idem sonant atque ἐπεὶ γὰρ αὗται μόναι ἤδη ἦσαν πόλεις ὁμοιότροποι αἷς ἐπῆλθον. De ἤδη, tunc, cf. adn. VI 31, 6. Syracusani item Atheniensibus ὁμοιότροποι fuisse dicuntur VIII 96, 5. — μεγέθη. Pluralem μεγέθη rarum praeterquam apud mathematicos et de sublimibus esse affirmans Bloomf., quod minus recte dictum esse exempla infra scripta ostendent, ut in Xen. Cyneg. 4, 1 τὰ μεγέθη μεταξὺ μακρῶν καὶ βραχέων et apud Theophr. in Steph. Thes. h. v. οὐκ εὔοσμα δὲ ῥόδα οὐδὲ μεγάλα τοῖς μεγέθεσι, ideo positum putat, quia referatur ad substantiva eiusdem numeri. Cf. de hoc abstractorum usu Bernh. Synt.

νάμενοι ἐπενεγκεῖν οὔτε ἐκ πολιτείας τι μεταβολῆς, τὸ διάφορον αὐτοῖς ᾧ προσήγοντο ἄν, οὔτ' ἐκ πα-

p. 62 sq. Kuehn. Gr. max. § 348, 3 adn. 3. Legi μεγέθη ὀρέων, σωμάτων, alia, sicut ὕψη, πλάτη, πλήθη, adnotat Did. Add. μεγέθη πόλεων Ios. B. I. VII 1, 2, οἰκοδομημάτων A. I. VIII 4, 1, ποταμῶν Aristid. I p. 225, περιβόλων ib. p. 524, magnitudines artium Cic. de Or. III 33, 132. Praeterea plur. μεγέθη haec exempla Krueg. attulit: Arist. Ran. 1057. Plat. Prot. 356 c. Crit. 115 d. Legg. 860 b. 861 e et conferri iubet suam Gram. dial. § 46, 5 adn. 1. Apud Thuc. tamen nusquam alibi pluralis μεγέθη, sed etiam de plurium magnitudine singularis I 2, 2. VII 72, 2 invenitur. — οὐ δυνάμενοι ... πολλῷ κρείσσονος, cum non possent neque reipublicae mutatione iis quicquam inferre, quo factionem iis adversariam sibi conciliarent, neque apparatu bellico multo superiore. Respondent autem verba οὔτ' ἐκ πολιτείας μεταβολῆς superiori δημοκρατουμέναις, οὔτ' ἐκ παρασκευῆς πολλῷ κρείσσονος praegressis ναῦς καὶ ἵππους καὶ μεγέθη ἐχούσαις, quo efficitur τὸ διάφορον αὐτοῖς ᾧ προσήγοντο ἄν ad prius tantum membrum pertinere. Cum enim in illis civitatibus penes populum sit potestas, nihil ex instituto populari imperio iis inferre possunt, quo popularem factionem in suas partes ducant; cum autem opibus et magnitudine multum valeant, ne bello quidem iis quicquam possunt detrimenti inferre. Verbum ἐπιφέρειν, quod in utramque partem dicitur, hic adversum aliquid inferre valet, ut in δουλείαν (III 56, 4. VI 82, 4), ἀδικίαν ἐπιφέρειν (III 42, 3); τὸ διάφορον αὐτοῖς (cf. VII 63, 3 τὸ φοβερὸν τοῖς ὑπηκόοις), in quo αὐτοῖς κατὰ σύνεσιν ad πόλεις refertur, factionem civitatibus ut tunc constitutae erant adversariam significat et τὸ διάφορον collective positum est pro τοὺς διαφόρους (cf. VI 80, 4), ut τὸ ἀντίπαλον pro τοὺς ἀντιπάλους II 45, 1, ubi cf. adn.; de verbis relativo praepositis cf. adn. III 39, 2. VI 33, 3; ad ᾧ προσήγοντο ἄν cogitando supple εἰ αὐτὸ ἐπήνεγκον. De omni sententia cf. VI 20, 2. Hanc interpretationem iam a schol. his verbis indicatam: ᾧτινι τῷ πράγματι, τῷ μεταβαλεῖν δηλονότι τὴν πολιτείαν, προσήγοντο ἄν (pass.) οἱ διάφοροι αὐτοῖς τοῖς Ἀθηναίοις iniuria aut non animadverterunt aut spreverunt editores τὸ διάφορον αὐτοῖς cum ἐπενεγκεῖν iungentes. Ita enim sana sententia non efficitur. Nam quod Goell. τὸ διάφορον vult epexegesin pronominis indefiniti esse vertens quicquam, quod causa discidii esse solet, neque τὸ διάφορον causa discidii est neque articulus ita excusatur. Ipsum discidium significari arbitratus Krueg. ita verba intellegit, quasi scriptum sit τὸ διάφορον ὃ αὐτοῖς ἐδύναντο ἐπενεγκεῖν, οὐδὲν ἦν conferens I 140, 5 τὸ γὰρ βραχύ τι τοῦτο πᾶσαν ὑμῶν ἔχει τὴν βεβαίωσιν et IV 27, 4 ὡρμημένους τι τὸ πλέον. Sed altero loco τὶ τὸ πλέον positum est ut alibi τὶ μᾶλλον (cf. adn. IV 21, 3); prior similitudinem ita tantum haberet, si hic scriptum esset τὸ διάφορόν τι τοῦτο, et licet τοῦτο abesse possit, τὸ διάφορόν τι, non τὶ τὸ διάφορον conveniens esset; deinde hoc loco male aptum esset pron. indefinitum vocabuli διάφορον vim deminuens, quod

ρασκευῆς πολλῷ κρείσσονος, σφαλλόμενοι δὲ τὰ πλείω, τά τε πρὸ αὐτῶν ἠπόρουν καὶ ἐπειδή γε καὶ ταῖς ναυσὶν ἐκρατήθησαν, ὃ οὐκ ἂν ᾤοντο, πολλῷ δὴ μᾶλλον ἔτι.

1 56. Οἱ δὲ Συρακόσιοι τόν τε λιμένα εὐθὺς παρέπλεον ἀδεῶς καὶ τὸ στόμα αὐτοῦ διενοοῦντο κλῄσειν, ὅπως μηκέτι, μηδ' εἰ βούλοιντο, λάθοιεν
2 αὐτοὺς οἱ Ἀθηναῖοι ἐκπλεύσαντες. οὐ γὰρ περὶ τοῦ αὐτοὶ σωθῆναι μόνον ἔτι τὴν ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο, ἀλλὰ καὶ ὅπως ἐκείνους κωλύσωσι, νομί-

οἱ Συρακόσιοι τὸν λιμένα κλῇσαι διανοοῦνται. ἐπῆρε δὲ αὐτοὺς πρὸς μεγίστην σπουδὴν ἄλλα τε καὶ

κρείσσους codd., post quod ὄντες addunt Vat. et in marg. Cl. Ven., quod ex interpretamento ortum esse ostendit schol. πολλῷ κρείσσους] λείπει τὸ ὄντες; κρείσσονος schol. Lugd. οὐ δυνάμενοι δὲ οὔτ' ἐκ μεταβολῆς, ἐπεὶ ἡ αὐτὴ ἦν ἑκατέρων πολιτεία, οὔτ' ἐκ παρασκευῆς πολλῷ μείζονος, ὅτι καὶ ἵππους καὶ ναῦς εἶχον ἐκεῖνοι ὁμοίως τοῖς Ἀθηναίοις et Valla vertens maioribus quam illa haberet copiis.

Cap. 56. § 2. αὐτοῦ It. Laur. Marc. Pal. Aug. M. m. Cass. Cl. T. Ven. D. G., quod contrario ἐκείνους convincitur.

idem I 140, 5 optime quadrat; tum ne hac quidem ratione articulus idoneam explicationem habet, cum discidium illud neque per se notum neque antea commemoratum sit; postremo Krueg. interpretatio rerum condicioni repugnat, cum civium discordia non efficiatur commutata republica, sed exstitisse putanda sit, priusquam ea commutatio fiat. Neque magis Class. interpretatio probatur, qui τὸ διάφορον rerum conversionem esse et τι post negationem ulla ratione valere putat. Nam praeterquam quod ne sic quidem articulus satis defenditur, neque habemus unde pendeat accus. pronominis indefiniti (quod enim Class. 57, 1 οὐ κατὰ δίκην τι μᾶλλον affert; ibi τὶ μᾶλλον iungendum est) neque τὸ διάφορον rerum conversionem valere demonstratum est, cum ne 75, 7 quidem hanc vim habeat, sed diversitatem significet, quae exstitit inter ea quae Athenienses exspectaverant et precati erant et ea quae revera evenerunt (cf. ibi adn.). — In fine horum verborum recepimus scripturam κρείσσονος, qua cum congruant inter se ἐκ πολιτείας μεταβολῆς et ἐκ παρασκευῆς πολλῷ κρείσσονος, sententiae perspicuitas valde augetur. Male Bekk. ex Vat. interpretamento (cf. sd.) ὄντας edidit. Sic enim κρείσσους ὄντας ad Syracusanos eorumque socios spectaret, quod vix convenit cum Gylippi verbis VII 67, 3 εἴ τις καὶ τόδε ὑμῶν, ὅτι οὐκ ἴσαις ναυμαχήσει, πεφόβηται. De toto hoc loco cf. Symb. philol. Bonn. p. 390 sqq. — σφαλλόμενοι τὰ πλείω. Cf. adn. I 69, 5. — τὰ πρὸ αὐτῶν, ante haec, antea. Cf. adn. IV 64, 1. Intellegitur tempus id, quod fuit ante postremam pugnam navalem.

Cap. 56. § 1. διενοοῦντο κλῄσειν. Cf. adn. IV 115, 2.

ὅτι πλεῖστον ἄξιος ἦν ὁ ἀγών.

ζοντες, ὅπερ ἦν, ἀπό τε τῶν παρόντων πολὺ σφῶν
καθυπέρτερα τὰ πράγματα εἶναι καί, εἰ δύναιντο
κρατῆσαι Ἀθηναίων τε καὶ τῶν ξυμμάχων καὶ κα-
τὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν, καλὸν σφίσιν ἐς τοὺς
Ἕλληνας τὸ ἀγώνισμα φανεῖσθαι· τούς τε γὰρ
ἄλλους Ἕλληνας εὐθὺς τοὺς μὲν ⟨ἂν⟩ ἐλευθεροῦ-
σθαι, τοὺς δὲ φόβου ἀπολύεσθαι (οὐ γὰρ ἔτι δυ-
νατὴν ἔσεσθαι τὴν ὑπόλοιπον Ἀθηναίων δύναμιν
τὸν ὕστερον ἐπενεχθησόμενον πόλεμον ἐνεγκεῖν),
καὶ αὐτοὶ δόξαντες αὐτῶν αἴτιοι εἶναι ὑπό τε τῶν
ἄλλων ἀνθρώπων καὶ ὑπὸ τῶν ἔπειτα πολὺ θαυ-
μασθήσεσθαι. καὶ ἦν δὲ ἄξιος ὁ ἀγὼν κατά τε 3
ταῦτα καὶ ὅτι οὐχὶ Ἀθηναίων μόνων περιεγίγνον-
το, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων πολλῶν ξυμμάχων, καὶ
οὐδ' αὐτοὶ αὖ μόνοι, ἀλλὰ καὶ μετὰ τῶν ξυμβοη-

τὰ ante πράγματα om. Vat. Gr.
φόβῳ Cass. Aug. Cl. Ven. T. Pal. It. Vat. Reg. Marc. F. Mosqu.
ἀπολύσεσθαι fortasse schol. legit, cuius ῥύσεσθαι interpretatio est.
αἴτιοι αὐτῶν Vat.

§ 3. μόνον utrobique codd. Quid legendum sit, luce clarius opposita ostendunt.

§ 2. ἀπό τε τῶν παρόντων, „i. e. per ea, propter ea, quae iam tenerent.“ Bau. Cf. Matth. Gr. § 573 p. 1330. — ἐς τοὺς Ἕλληνας ... φανεῖσθαι similiter dictum est atque ἔς τινα δηλοῦν (I 90, 2), ἀποφαίνειν. Cf. adn. VI 41, 4. — τούς τε γὰρ ἄλλους Ἑλλ. His respondent infra καὶ αὐτοί. — ἐλευθεροῦσθαι ... ἀπολύεσθαι. Particula ἂν addenda est, quod res non solum futuri temporis est pariter atque id quo eius causa continetur οὐ δυνατὴν ἔσεσθαι κ. τ. λ., sed etiam ἢν οὕτω ποιῶσιν subaudiendum. Similiter iuxta posita sunt inf. praes. cum ἂν et inf. fut. IV 13, 3. Cf. Stahl. Quaestt. gram. p. 6 sq.

§ 3. καὶ ... δέ. Cf. adn. I 132, 4. — περιεγίγνοντο, superaturi erant. — τῶν ἄλλων ... ξυμμάχων. Cf. adn. I 128, 5. — καὶ οὐδ' αὐτοὶ αυ μόνοι ... Kruegero haec verba suspecta fuerunt, quod iis de gloria Syracusanorum detraheretur; sed cum eximia certaminis amplitudo describatur, quae in hostium multitudine et societatis magnitudine posita sit, cuius illi ipsi et cum potentissimis atque clarissimis civitatibus duces sint et acerrimi propugnatores, gloriam habent ex hostium potestate et sua inter socias civitates dignitate et virtute. Praeterea haec verba ea de causa in suspicionem vocari nequeunt, quod cum rerum veritate maxime

θησάντων σφίσιν, ἡγεμόνες τε γενόμενοι μετὰ Κορινθίων καὶ Λακεδαιμονίων καὶ τὴν σφετέραν πόλιν ἐμπαρασχόντες προκινδυνεῦσαί τε καὶ τοῦ ναυτικοῦ μέγα [μέρος] προκόψαντες.
4 ἔθνη γὰρ πλεῖστα δὴ ἐπὶ μίαν πόλιν ταύτην ξυνῆλθε, πλήν γε δὴ

conveniunt. — ἡγεμόνες τε γενόμενοι ... καὶ ... ἐμπαρασχόντες iunge, ita ut haec duo membra pariter verbis περιεγίγνοντο μετὰ τῶν ξυμβοηθησάντων σφίσιν subiecta sint. Class. ἡγεμόνες γενόμενοι μετὰ Κορινθίων καὶ Λακεδαιμονίων ita interpretatur, quasi Syracusani Corinthiorum et Lacedaemoniorum duces fuerint, quod ipsa verba non patiuntur. Praeterea ex VI 93, 2, ubi Gylippus Syracusanis dux praefectus, ut his quam celerrime auxilium veniat, a civibus suis cum ipsis Syracusanis et Corinthiis consultans providere iubetur, clarissime cognoscitur bello administrando cum Syracusanis Lacedaemonios et Corinthios praefuisse. Deinde bello Siciliensi Syracusanis consiliorum atque conatuum summus dux atque auctor praeter Hermocratem est Gylippus (cf. 3, 1—4. 5, 1—6, 4. 21. 69, 1); uno loco Corinthiorum duces proprium consilium capiunt (39, 2). De ἐμπαρασχόντες cf. adn. VI 12, 2. — προκινδυνεῦσαί τε καὶ ... προκόψαντες ita iuncta sunt quasi scriptum sit προκινδυνεῦσαί τε καὶ ... προκόψαι, i. e. cum urbem suam permisissent ad propugnandi periculum subeundum et rem navalem facultatibus eius magnopere promovendam; sed alterum membrum liberius conformatum ad ἐμπαρασχόντες Th. accommodavit. Cf. adn. V 11, 1. 108. VI 61, 5. Madv. Adv. crit. I p. 332 τὲ — καί particulis iuncta esse vult προκινδυνεῦσαι et τοῦ ναυτικοῦ μέγα μέρος, ita ut ad μέγα μέρος sumatur tantum παρασχόντες; praeterea cohaerere haec: καὶ οὐδ' αὐτοὶ αὖ μόνοι, ἀλλὰ καὶ μετὰ τῶν ξυμβοηθησάντων σφίσιν ... προκόψαντες. Sed haec ratio non solum durissima est, sed etiam dubium, num ex aliquo verbo partem eius subaudire liceat; deinde intransitivum προκόπτειν (progressus facere) hic parum definitum est neque Atticis scriptoribus usitatum. Transitivum autem προκόπτειν cum genetivo iungi solet (cf. adn. IV 60, 2). Quod cum hic propter additum μέρος fieri nequeat et alibi apud προκόπτειν sola neutra οὐδέν, πολύ, τί, similia legantur, recte Krueg. hic μέρος deletum cupit. Nam aliud est quod non solum μετέχειν τινός dicitur, sed etiam μετέχειν μέρος τινός; hoc enim secundum Krueg. Gr. § 46, 5 explicandum est, quod in μέρος προκόπτειν non cadit.

§ 4. ἔθνη γὰρ ... ξυνῆλθε. Γάρ respicit maxime ad verba τῶν ἄλλων πολλῶν ξυμμάχων et μετὰ τῶν ξυμβοηθησάντων σφίσι. Ἐπί non est adversus, sed ad, ut II 67, 1, ubi cf. adn. Comprehenduntur enim socii et hostes Syracusanorum. Pro ταύτην Krueg. suspicatur ταῦτα scribendum esse; sed intellegendum est, quasi scriptum sit ἐπὶ ταύτην μίαν πόλιν οὖσαν ξυνῆλθε. Cf. adn. 55, 2. — πλήν γε δὴ ... Λακεδαιμονίων. Quod in codd. traditum est λόγου explicationem non habet. Nam quod eandem fere vim atque ἀριθμόν id habere putant, quia ὁ λόγος ὁ πρὸς ...

τοῦ ξύμπαντος ὄχλου τοῦ *ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ πρὸς τὴν Ἀθηναίων τε πόλιν καὶ Λακεδαιμονίων.

ἕπεται οὖν κατάλογος α' τῶν μετ' Ἀθηναίων στρατευσάντων.

57. Τοσοίδε γὰρ ἑκάτεροι ἐπὶ Σικελίαν τε καὶ 1 περὶ Σικελίας, τοῖς μὲν ξυγκτησόμενοι τὴν χώραν ἐλθόντες, τοῖς δὲ ξυνδιασώσοντες, ἐπὶ Συρακού-

§ 4. τοῦ ξύμπαντος λόγου codd. Cf. adn.
Cap. 57. § 1. ἐπὶ Συρακούσας codd. Cf. adn.

proprie sit ratio quae fuit ad .... *das Verhältnisz, welches stattfand zu* . . ., non perspicitur, quomodo inde numeri significatio evadere possit. Neque aptum est ξυλλόγου ab Heilmanno propositum, quod ad exercitum recensendi causa congregatum pertinet. Sed ὄχλου cum Krueg. legendum esse 75, 5 μυριάδες γὰρ τοῦ ξύμπαντος ὄχλου οὐκ ἐλάσσους τεσσάρων ἅμα ἐξεπορεύοντο clarissime ostendit. Quem qui secuti sunt ξυνελθόντος ad articulum qui insequitur solent subaudire. Sed infinitivus et participium ex alia verbi forma subaudiri non possunt nisi in complendo enuntiato pendenti, velut V 80, 2 οὐ μέντοι εὐθύς γε ἀπέστη, ἀλλὰ διενοεῖτο scil. ἀποστῆναι (cf. II 34, 2. 54, 2. III 47, 4. IV 34, 4. 106, 2. V 33, 4. 63, 1. VI 34, 5. 72, 3. 103, 4. VII 68, 3), ὅτι καὶ τοὺς Ἀργείους ἑώρα scil. ἀποστάντας (cf. I 78, 4. II 73, 3. IV 41, 3. 96, 1. VI 93, 2. VII 63, 1). Ac ne sana quidem sententia sic evadit. Quomodo enim illam multitudinem ad urbem vel civitatem Atheniensium et Lacedaemoniorum convenisse statuamus? Itaque ne τοῦ quidem ὄχλου locum [illegible] esse putamus, sed excidisse post τοῦ [illegible] πρὸς τὴν Ἀθηναίων τε πόλιν καὶ Λακεδαιμονίων pertineat. Maxime [illegible] est id nomen ξυ- [illegible]

ad Atheniensium civitatem et Lacedaemoniorum se adiunxit. Verborum igitur conexus hic est: ad unam Syracusarum urbem plurimae gentes ad pugnandum convenerunt, excepta scilicet universa multitudine quae toti bello Peloponnesiaco interfuit.

Cap. 57. § 1. ἐπὶ Σικελίαν. „Σικελίᾳ?" Krueg. Nos, sive haec cum ἐλθόντες iunguntur, sive, ut Krueg. nunc interpunxit, cum ἐπολέμησαν, tantum abest, ut dativum malimus, ut, qui ferri possit, vix intellegamus; neque enim similia sunt exempla ad I 40, 6 adnotata. Iungendum autem est ἐπὶ Σ. procul dubio pariter atque περὶ Σ. de Sic., ad eam defendendam, cum ἐπολέμησαν. Cf. Krueg. Gr. § 48, 9 adn. 3. — ἐπὶ Συρακούσαις ἐπολέμησαν = ἐς τὸν ἐπὶ Συρακούσαις πόλεμον κατέστησαν. Codd. scripturam Arnoldus interpretatur ἐς πόλεμον sive μετὰ πολέμου ἐπὶ Συρακούσας ἦλθον, sicut βοηθεῖν ἐπὶ πόλιν dicatur. Sed ipsum βοηθεῖν proprie est auxilio venire, et πολεμεῖν ἐπί τινα alibi est contra aliquem bellum gerere, quod hic propter ἐπὶ Συρ. non admittitur et quod de utraque pugnantium parte sermo est. [illegible] Class. Baueri emendatio; qua in causa neque ipse [illegible] possumus. Nobis magis placet quam cum Class. ἐπὶ Συρ. delere, [illegible]

σαις ἐπολέμησαν, οὐ κατὰ δίκην τι μᾶλλον οὐδὲ κατὰ ξυγγένειαν μετ᾽ ἀλλήλων στάντες, ἀλλ᾽ ὡς ἕκαστοι τῆς ξυντυχίας ἢ κατὰ τὸ ξυμφέρον ἢ ἀνάγ-
2 κῃ ἔσχον. Ἀθηναῖοι μὲν αὐτοὶ Ἴωνες ἐπὶ Δωριέας Συρακοσίους ἑκόντες ἦλθον, καὶ αὐτοῖς τῇ αὐτῇ φωνῇ καὶ νομίμοις ἔτι χρώμενοι Λήμνιοι καὶ Ἴμβριοι καὶ Αἰγινῆται οἳ τότε Αἴγιναν εἶχον καὶ ἔτι Ἑστιαιῆς οἱ ἐν Εὐβοίᾳ [Ἑστίαιαν οἰκοῦντες],

οις
ἑκάστοι Vat., ἕκαστοι I., ἕκαστος marg. Lugd., ἑκάστοις reliqui. Krueger ad Dion. p. 122 et Goeller ἕκαστός τις scripserunt, ille proximum τῆς in τις mutans, hic τις simpliciter inserens. Sed frustra. Vid. adn. Nunc autem Krueger solum ἕκαστος recepit. Scripturam ἕκαστοι primus tuitus est Boehm. recepta vulg. ἔσχον, pro qua plurimi et optimi libri ἔσχεν habent.

superiorum verborum ἐπὶ μίαν πόλιν ταύτην ξυνῆλθε sententia. — τὶ μᾶλλον. Cf. adn. IV 21, 3. VII 55, 2. — μετ᾽ ἀλλήλων στάντες. Cf. adn. III 10, 2. — ἀλλ᾽ ὡς ... ἔσχον. Ex scriptura olim vulgata ἔχει impersonaliter positum est. „Cf. Herodot. VII 188 τοῖσι οὕτω εἶχε ὅρμου." Arn. Quae Krueger propter aoristum, pro quo malis εἶχεν, ut ὡς τάχους εἶχε et similia constanter leguntur, et articulum ad vulgatam defendendam negat sufficere. Sed de articulo cf. Lob. ad Phryn. p. 280; alteri causae obsecuti Boehmio auctore ἕκαστοι ... ἔσχον scripsimus, praesertim cum ipse Th. sic nusquam impersonali ἔχειν utatur. De genet. vid. adn. I 22, 3. II 90, 4; aor. incohativus est ut V 26, 2. Vertimus igitur: ut quique aut propter commodum aut necessitate in eam condicionem venerunt, ut id iis contingeret. Ut antea scriptum est κατὰ δίκην et κατὰ ξυγγένειαν, ita his hic respondent κατὰ τὸ ξυμφέρον ἢ ἀνάγκῃ (i. e. κατ᾽ ἀνάγκην).

§ 2. Δωριέας Συρακοσίους, i. e. Συρακοσίους Δωριέας ὄντας. Cf. adn. § 8. — ἑκόντες. „Valla non vertit. An ἐπιόντες?" Krueg. At hoc Th. dicit Ath. nulla re, velut foedere vel societate, coactos esse, ut expeditionem susciperent. — Tum αὐτοῖς pendet ex τῇ αὐτῇ. — ἔτι χρώμενοι. Eadem etiam tum lingua iisdemque institutis atque Athenienses utebantur, cum alii eorum coloni ea mutavissent. — Λήμνιοι. Quo modo Lemnus colonia Atheniensium facta sit, de eo cf. Herodot. VI 137 — 140. — Ἴμβριοι. Imbrum a Miltiade circa idem tempus atque Lemnum incolis frequentatam esse ex eo probat Arn., quod ille a Persis Chersonesi imperium relinquere atque Athenas evadere coactus in itinere, cum eum classis Phoenicia persequeretur, eo confugit (Herod. VI 41, 1). — οἳ τότε ... εἶχον. Vid. II 27, 1. — οἱ ἐν ... οἰκοῦντες. De re vid. I 117. „Οἱ τὴν ἐν? nisi Ἑστίαιαν οἰκοῦντες delendum est." Krueg. Alterum probat Herw. l. l., cui assentimur. Recte Class. animadvertit distinctionem fieri a cognomini Acarnaniae oppido, quod memorat Steph. Byz. s. v. Sed sic ipso urbis nomine appellato τὴν ἐν Εὐβοίᾳ Ἑστ.

ἄποικοι ὄντες, ξυνεστράτευσαν. τῶν δὲ ἄλλων οἱ 3 *μὲν ὑπήκοοι, οἱ δ' ἀπὸ ξυμμαχίας αὐτόνομοι, εἰσὶ δ' οἳ καὶ μισθοφόροι ξυνεστράτευον. καὶ τῶν μὲν* 4 *ὑπηκόων [καὶ φόρου ὑποτελῶν] Ἐρετριῆς καὶ*

§ 3. *εἰσὶ δὲ καὶ οἳ* ex plerisque libris Bekk. (cf. Xen. Hell. IV 8, 19), *εἰσὶ δ' οἳ καὶ* Vat. et vulg., ut I 23, 2. VII 13, 2 et similiter *καί* post *ἔστιν ἃ, ἔστιν ἣ* I 65, 3. VII 70, 6.

scribendum erat. — **ξυνεστράτευσαν**, una cum iis profecti sunt. Aor. positus est propter *ἦλθον*. Contra mox **ξυνεστράτευον**, una cum iis expeditioni intererant. Sine necessitate Herw. l. l. *ξυνεστράτευσαν* del. enuntiatum continuans.

§ 3. **οἱ μὲν ὑπήκοοι, οἱ δ' ἀπὸ ξυμμαχίας αὐτόνομοι.** *Ξυμμάχους ὑπηκόους* Th. omnes eos appellat, qui ad bellum communiter contra barbaros gerendum perpetui Atheniensium socii facti sunt eorumque imperio (*ἡγεμονίᾳ*) parent, et ab his distinguit eos, qui velut Corcyraei ad tempus ex aequo foedere cum iis societatem inierunt, quos hic *ἀπὸ ξυμμαχίας αὐτονόμους*, alibi simpliciter *αὐτονόμους* (VI 69, 3. VII 57, 7) vel *πάνυ ἐλευθέρως ξυμμαχοῦντας* (VI 85, 2) vocat. Illorum duo discernit genera, alterum eorum, qui suis legibus utentes et tributi immunes naves Atheniensibus ipsi praebebant (cf. VI 85, 2 *νεῶν παροκωχῇ αὐτονόμους* et infra § 4. 5), alterum eorum, qui pro navibus tributum solvebant (cf. II 9, 4 *πόλεις αἳ ὑποτελεῖς οὖσαι* et infra § 4. 5; eosdem *ὑποχειρίους* dicit III 11, 1). Itaque praeter socios *ἀπὸ ξυμμαχίας αὐτονόμους* alterum habemus *αὐτονόμων* genus, qui *ἀπὸ ξυμμαχίας* quidem non *αὐτόνομοι* sunt, sed Atheniensium imperio subiecti (*ὑπήκοοι*), pro *αὐτονόμοις* tamen ea ratione habentur, quod in ipsorum republica suis legibus atque institutis libere utuntur (cf. III 10, 6. 11, 1. 39, 2). Qui ante civitates tributarias II 9, 4 enumerantur Atheniensium socii *αὐτόνομοι* sunt utriusque generis. Cf. A. Fraenkel. in commentationis, quam de condicione iure iurisdictione sociorum Ath. scripsit (dissert. Lips. a. 1878), p. 11 sqq. Stahl. de sociorum Ath. iudiciis (ind. lect. Monaster. 1881) p. 3 sqq.

§ 4. **[καὶ φόρου ὑποτελῶν].** Merito Fraenk. l. l. Madvigium vituperat, quod *αὐτονομίας* diversitatem modo explicatam non intellegens infra *αὐτόνομοι* delere voluerit, quia Chii, cum inter *ὑπηκόους* essent, non possent simul *αὐτόνομοι* esse (Adv. crit. I p. 331), et Stahlium, quod eius rationibus praepropere obsecutus *αὐτοὶ μόνοι* pro *αὐτόνομοι* substituerit. Attamen sociorum generibus recte cognitis atque distinctis non tollitur vera huius loci corruptela. Nam Chii si a Th. inter subiectos atque tributarios positi essent, non possent deinde dici *οὐχ ὑποτελεῖς ὄντες φόρου*. Atqui revera subiecti quidem, sed non tributarii fuerunt (cf. adn. II 9, 4). Sequitur verba *καὶ φόρου ὑποτελῶν* post *τῶν μὲν ὑπηκόων* tolerari non posse. Accedit quod non solum supervacanea sunt (nam ex verbis *τούτων Χῖοι οὐχ ὑποτελεῖς ὄντες φόρου . . . ξυνείποντο* continuo cognoscitur reliquos qui antea nominati sunt *φόρου ὑποτελεῖς* fuisse, qua de re cf. adn. 41, 3), sed etiam, postquam scriptor § 3 tria auxi-

Χαλκιδῆς καὶ Στυρῆς καὶ Καρύστιοι ἀπ' Εὐβοίας ἦσαν, ἀπὸ δὲ νήσων Κεῖοι καὶ Ἄνδριοι καὶ Τήνιοι, ἐκ δ' Ἰωνίας Μιλήσιοι καὶ Σάμιοι καὶ Χῖοι. τούτων Χῖοι οὐχ ὑποτελεῖς ὄντες φόρου, ναῦς δὲ παρέχοντες αὐτόνομοι ξυνείποντο. καὶ τὸ πλεῖστον Ἴωνες ὄντες οὗτοι πάντες καὶ ἀπ' Ἀθηναίων πλὴν Καρυστίων (οὗτοι δ' εἰσὶ Δρύοπες), ὑπήκοοι δ' ὄντες καὶ ἀνάγκῃ ὅμως Ἴωνές γε ἐπὶ Δωριέας

§ 4. *Τήνιοι* Vat. Valck. ad Herodot. VII 95; vulgo male *Τήϊοι*. Cf. sd. VIII 69, 3.
φόρου οὐχ ὑποτελεῖς ὄντες Vat.
ξυνείποντο Mosqu. D. I., *ξυνέποντο* E., *ξυνέπονται* G., *ξυνέσποντο* reliqui. Cf. *ξυνείποντο* § 7, *εἵποντο* § 8.
Ἰωνές γε Vat.; vulgo *Ἰωνές τε*, quod quomodo a Bekk. retineri potuerit, non liquet. Cf. adn.

liorum genera distinxit, primi generis, qui *οἱ ὑπήκοοι* sunt, enumeratio clarius atque commodius sola hac appellatione incipit. Delendum igitur esse censemus *καὶ φόρου ὑποτελῶν*, quippe quod inepto loco librarius aliquis interpretandi causa de suo addiderit. Idem causam non afferens coni. Steup. in Mus. Rhen. XXXV p. 328. — *Χαλκιδῆς*. Hi igitur, etsi apud eos *κληροῦχοι* Atheniensium fuerunt (cf. Herodot. V 74, 77), non numerantur in colonis. Idem de Andriis (cl. Plut. Pericl. 11) adnotandum. Constabant enim hae civitates, quanquam Atheniensium colonis partem agrorum permiserant. Cf. Kirchhoff. de cleruch. Ath. tribut. (Comment. acad. Berol. a. 1873) p. 19. 28. — *ἀπὸ δὲ νήσων*. Hoc nomine Cyclades eximie significari vidimus ad I 12, 4. — *Χῖοι*. Cf. VI 43. 85, 2. VII 20, 2. — *τὸ πλεῖστον . . . πάντες*. De hoc dicendi genere cf. Schaef. ad Demosth. IV p. 657. Iure autem illi omnes maxima ex parte vel plerique omnes Iones vocantur, quia in Cycladibus et Styris admixti Ionibus erant aliarum gentium homines. Vid. da Styrensibus Herodot. VIII 46. Paus. IV 34, 6. — *ἀπ' Ἀθηναίων*. Cf. adn. VI 76, 3. Frustra Bekk. *ἀπ' Ἀθηνῶν* mavult. — *οὗτοι δ' εἰσὶ Δρύοπες*. Cf. Scymn. 586. Diod. IV 36. Siebel. ad Hellen. p. 341 et de ipsis Dryopibus Muell. Dor. I p. 40 sqq. Herm. Antiqu. Gr. § 6, 17. 16, 10. — *ὑπήκοοι δ' ὄντες . . . ἠκολούθουν*, *sie folgten als Unterthanen und mit Zwang, aber doch wenigstens als Ionier gegen Dorier.* „Nempe ut non tamen *ἀνάγκῃ* prorsus sola, sed *ἑκόντες* quoque cum gentili odio sequerentur." Bau. Ergo *ὅμως* ad *Ἴωνές γε* spectat. *Δέ* post *ὑπήκοοι*, quoniam enuntiatio *ὑπήκοοι ὄντες* superiori *Ἴωνες ὄντες καὶ ἀπ' Ἀθηναίων* quodammodo est contraria, addi potuisse videtur; comparaveris etiam exemplum 33, 2, etsi non prorsus simile. Ceterum Krueger in Ionibus desiderat Naxios et Chersonesitas. Sed non omnes civitates tributarias praeter tributa etiam peditum auxilia praebuisse (cf. II 9, 5) ex eo cognoscitur quod etiam aliae civitates Ioniae tributariae, velut Ephesus, Erythrae, Lebedus, hic non commemorantur.

ἠκολούθουν. πρὸς δ' αὐτοῖς Αἰολῆς, Μηθυμναῖοι 5
μὲν ναυσὶ καὶ οὐ φόρῳ ὑπήκοοι, Τενέδιοι δὲ καὶ Αἴνιοι ὑποτελεῖς. οὗτοι δὲ Αἰολῆς Αἰολεῦσι τοῖς κτίσασι Βοιωτοῖς τοῖς μετὰ Συρακοσίων κατ' ἀνάγκην ἐμάχοντο, Πλαταιῆς δὲ καὶ ἄντικρυς Βοιωτοὶ Βοιωτοῖς μόνοι εἰκότως κατὰ τὸ ἔχθος. Ῥόδιοι 6
δὲ καὶ Κυθήριοι Δωριῆς ἀμφότεροι, οἱ μὲν Λακεδαιμονίων ἄποικοι, Κυθήριοι, ἐπὶ Λακεδαιμονίους τοὺς ἅμα Γυλίππῳ μετὰ Ἀθηναίων ὅπλα ἔφερον, Ῥόδιοι δέ, Ἀργεῖοι γένος, Συρακοσίοις μὲν Δωριεῦσι, Γελῴοις δὲ καὶ ἀποίκοις ἑαυτῶν οὖσι, μετὰ Συρακοσίων στρατευομένοις, ἠναγκάζοντο πολεμεῖν. τῶν τε περὶ Πελοπόννησον νησιωτῶν Κε- 7

§ 5. *τοῖς* post *Βοιωτοῖς*, quod ex Lindavii coniectura inseruerunt omnes recentiores, ut *τοῖς μετὰ Συρακ.* cum *Βοιωτοῖς* iungi possent, habet M.
καταντικρὺ codd. Cf. adn.
κατὰ ἔχθος praeter Vat. M. longe plurimi. Significatur notum eorum odium.
§ 6. *ἐπέφερον* Vat. Sic *ὅπλα ἐπιφέρειν ἐπί τινα* V 49, 4. VII 18, 2. Sed hoc magis bellum vel signa inferre hostibus, alterum arma portare i. e. bellum gerere significat.
§ 7. *τῶν δὲ* Vat.

§ 3. ὅσοι μὴ ἀφέστασαν. Cognoscuntur hi quodammodo ex VI 94, 3. VII 1, 4 sq. — νεοδαμώδεις ... καὶ Εἵλωτας. Cf. 19, 3. De Neodamodibus vid. ad V 34, 1. — καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ μόνοι παραγενόμενοι. „Naves quidem etiam Leucadii duas, Ambraciotae vero tres praebuerant (vid. VI 104, 1); sed pedestrem quoque exercitum praeter naves soli Corinthii ... miserant. Cf. 50, 1". Haack. — κατὰ τὸ ξυγγενές] τῶν Συρακοσίων. Schol. Corinthii et Leucadii et Ambraciotae Syracusanis cognati auxilium tulerunt, cum et Syracusani et Leucadii atque Ambraciotae coloni essent Corinthiorum. — ἐκ δὲ Ἀρκαδίας ... καὶ Σικυώνιοι. Cf. 19, 4 et ibid. § 3 de Boeotis. Cur Sicyonii ἀναγκαστοί vocentur,

4 πρὸς δὲ τοὺς ἐπελθόντας τούτους οἱ Σικελιῶται αὐτοὶ πλῆθος πλέον κατὰ πάντα παρέσχοντο, ἅτε μεγάλας πόλεις οἰκοῦντες· καὶ γὰρ ὁπλῖται πολλοὶ καὶ νῆες καὶ ἵπποι καὶ ὁ ἄλλος ὅμιλος ἄφθονος ξυνελέγη. καὶ πρὸς ἅπαντας αὖθις ὡς εἰπεῖν τοὺς ἄλλους Συρακόσιοι αὐτοὶ πλείω ἐπορίσαντο διὰ μέγεθός τε πόλεως καὶ ὅτι ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ ἦσαν.

1 59. Καὶ αἱ μὲν ἑκατέρων ἐπικουρίαι τοσαίδε ξυνελέγησαν, καὶ τότε ἤδη πᾶσαι ἀμφοτέροις παρῆσαν καὶ οὐκέτι οὐδὲν οὐδετέροις ἐπῆλθεν.

2 Οἱ δ' οὖν Συρακόσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι εἰκότως ἐνόμισαν καλὸν ἀγώνισμα σφίσιν εἶναι ἐπὶ τῇ γεγενημένῃ νίκῃ τῆς ναυμαχίας ἑλεῖν τε τὸ στρατόπεδον ἅπαν τῶν Ἀθηναίων τοσοῦτον ὄν, καὶ μηδὲ καθ' ἕτερα αὐτούς, μήτε διὰ θαλάσσης μήτε

Οἱ Συρακόσιοι τῷ ὄντι κλῄουσι τὸν μέγαν λιμένα.

§ 4. ὁ ante ἄλλος om. omnes praeter Vat.
μέγεθος πόλεως omnes praeter Vat. D. I. pr. man. Cl.
γὰρ post ὅτι addit Vat.
Cap. 59. § 2. οἵ τε οὖν codd. Cf. adn.
καὶ οἱ ξύμμαχοι, quod agnoscit Valla, praeter Vat. omnes fere codd. om.
ἀγῶνα omnes fere praeter Vat. Sed huius scriptura praeferenda est, quod repetuntnr verba 56, 2 scripta.
τοσοῦτο Vat. Cf. sd. VI 33, 6.
ἕτερα Vat. I. pr. Cl., reliqui ἑκάτερα.

ex rebus V 81, 2 narratis explicat Arn. Cf. VII 18, 4.

§ 4. **πρός** ineunte hac § et paulo post non esse ad, sed pro ratione multis docet Bau. Cf. Matth. Gr. § 455 adn. 3 a. — **ὅμιλος**. De turba levis armaturae dici adnotat Bloomf. — **πόλεως**. De articulo omisso cf. adn. I 10, 2.

Cap. 59. § 1. **τοσαίδε**. Vides hoc pronomen hic, ut 57, 11 et ut aliquoties ὅδε, ad superiora referri. Praeterea attende vocabula ἑκάτεροι et ἀμφότεροι de iisdem dicta.

§ 2. **οἱ δ' οὖν**. Redit scriptor ad sententiam praecipuam capitis 56. Quod Kruegero auctore rescripsimus δ' οὖν non solum ad praegressum μέν aptissimum est, sed etiam eo commendatur quod narratio sociorum enumeratione (57. 58) interrupta iam progreditur et non separatim cogitantur Syracusani sociique, cui rei τὲ — καί iunctura conveniret, sed coniunctim. Abunde contra L. Herbst. codd. lectionem defendentem (Philol. XXIV p. 630) disputat Class. — **ἐπί**. Cf. adn. VI 45, 1. — **μηδὲ καθ' ἕτερα**, a neutra parte, neutra ratione. Cf. adn. I 67, 4 et supra 42, 6.

τῷ πεζῷ, διαφυγεῖν. ἔκληον οὖν τόν τε λιμένα 3
εὐθὺς τὸν μέγαν, ἔχοντα τὸ στόμα ὀκτὼ σταδίων
μάλιστα, τριήρεσι πλαγίαις καὶ πλοίοις καὶ ἀκάτοις
ἐπ' ἀγκυρῶν ὁρμίζοντες, καὶ τἆλλα, ἢν ἔτι ναυμα-
χεῖν οἱ Ἀθηναῖοι τολμήσωσι, παρεσκευάζοντο, καὶ
ὀλίγον οὐδὲν ἐς οὐδὲν ἐπενόουν.

οἱ δ' Ἀθηναῖοι βουλεύονται τὰ ἄνω τείχη ἐκλιπόντες καὶ τὰς ναῦς πάσας πληρώσαντες διαναυμαχῆσαι.

60. Τοῖς δὲ Ἀθηναίοις τήν τε ἀπόκλῃσιν 1
ὁρῶσι καὶ τὴν ἄλλην διάνοιαν αὐτῶν αἰσθομένοις
βουλευτέα ἐδόκει. καὶ ξυνελθόντες οἵ τε στρατηγοὶ 2
καὶ οἱ ταξίαρχοι πρὸς τὴν παροῦσαν ἀπορίαν τῶν
τε ἄλλων καὶ ὅτι τὰ ἐπιτήδεια οὔτε αὐτίκα ἔτι
εἶχον (προπέμψαντες γὰρ ἐς Κατάνην ὡς ἐκπλευσό-
μενοι ἀπεῖπον μὴ ἐπάγειν) οὔτε τὸ λοιπὸν ἔμελλον
ἕξειν, εἰ μὴ ναυκρατήσουσιν, ἐβουλεύσαντο τὰ μὲν
τείχη τὰ ἄνω ἐκλιπεῖν, πρὸς δὲ αὐταῖς ταῖς ναυσὶν

§ 3. *ἔκληον*, claudebant, claudere coeperunt. *Καὶ πέρας ἐν ἡμέραις τρισὶ τοῖς ἔργοις ἐπέθηκαν συντέλειαν* inquit Diod. XIII 14, 2, quem impugnat Dodw. Annal. Thuc. ad VII 51, contra quem dixerunt Wessel. ad Diod. l. d. Letr. Syrac. p. 76. Arn. Cf. sd. 70, 4. — *ὀκτὼ σταδίων μάλιστα*. „Secundum Arnoldi tabulam [spatium] paululo plus 1200 cubitorum („yards") est, i. e. paulo plus certe sex stadiorum." Goell. Antea articulus ita positus est ut Graece dicitur *ἔχω τὸ στόμα μέγα*. Cf. Madv. Synt. § 12. — *τριήρεσι πλαγίαις* („i. e. ex transverso obiectis, lateribus triremium obversis ad hostes, non frontibus" Bau.) . . . *ἐπ' ἀγκυρῶν ὁρμίζοντες*. Diod. l. d. *ἀκάτους τε καὶ τριήρεις, ἔτι δὲ στρογγύλας ναῦς ἐπ' ἀγκυρῶν ὁρμίσαντες καὶ σιδηραῖς ἁλύσεσι διαλαμβάνοντες*. *Ζεῦγμα* hoc opus vocatur c. 69 sq. „Posteriore quoque tempore obiecta ad ingressum catena firmissima portum magnum clausum esse cognoscimus ex Frontin. Strateg. I 5, 6." Letr. p. 76. — *ὀλίγον . . . ἐπενόουν*. Cf. adn. II 8, 1. Duk. *ὀλίγον οὐδὲν ἐς οὐδέν* interpretatur nihil parvum in ullam partem.

Cap. **60.** § 2. *οἱ ταξίαρχοι*. De his vid. adn. IV 4, 1. „Scholiastes putat eos extra ordinem, ut in re crepera, ad consilium fuisse advocatos. Hoc satis probabile est; nam ex iis, quae VI 47 et VII 43, 1 scribit Thucydides, non alios fere quam *στρατηγοὺς* consultasse intellegi potest. [Cf. adn. 48, 1. 50, 3.] Duces Romanos idem interdum pro tempore fecisse, ut omnium ordinum centuriones in consilium adhiberent, ostendit Lipsius de Milit. Rom. II 8." Duk. — *πρὸς τὴν παροῦσαν ἀπορίαν τῶν τε ἄλλων*, propter praesentem difficultatem (aut si haec, id quod Krueg. recte videtur malle, ad *ἐβουλ.* referuntur, pro praesenti difficultate) cum ceterarum rerum. *Τέ* ita positum est, ut si scriptor vellet pergere *καὶ τῶν ἐπιτηδείων*. — *τὰ . . .*

ἀπολαβόντες διατειχίσματι ὅσον οἷόν τε ἐλάχιστον τοῖς τε σκεύεσι καὶ τοῖς ἀσθενοῦσιν ἱκανὸν γενέσθαι, τοῦτο μὲν φρουρεῖν, ἀπὸ δὲ τοῦ ἄλλου πεζοῖ τὰς ναῦς ἁπάσας, ὅσαι ἦσαν καὶ δυναταὶ καὶ ἀπλοώτεραι, πάντα τινὰ ἐσβιβάζοντες πληρῶσαι, καὶ διαναυμαχήσαντες, ἢν μὲν νικῶσιν, ἐς Κατάνην κομίζεσθαι, ἢν δὲ μή, ἐμπρήσαντες τὰς ναῦς πεζῇ ξυνταξάμενοι ἀποχωρεῖν ᾗ ἂν τάχιστα μέλλωσί τινος χωρίου ἢ βαρβαρικοῦ ἢ Ἑλληνικοῦ φιλίου
3 ἀντιλήψεσθαι. καὶ οἱ μέν, ὡς ἔδοξεν αὐτοῖς ταῦτα, καὶ ἐποίησαν· ἔκ τε γὰρ τῶν ἄνω τειχῶν ὑποκατέβησαν καὶ τὰς ναῦς ἐπλήρωσαν πάσας, ἀναγκάσαντες ἐσβαίνειν ὅστις καὶ ὁπωσοῦν ἐδόκει [ἡλικίας

Cap. **60.** § 2. *διατειχίσματι* Vat. M. Vulgo *διατείχισμά τι*. At non *διατείχισμα* intercipitur, sed locus, spatium *τῷ διατειχίσματι*.

ἀσθενοῦσιν Vat., reliqui et corr. Vat. *ἀσθενέσιν*. „*Ἀσθενεῖς* tantum apud recentiores scriptores, velut librorum sacrorum, ita puto legi. . . Antiquiores et meliores utuntur participio *ἀσθενῶν*. Ita Plat. Prot. 334 c et Xen. Anab. V 3, 1. Hippocrates quoque nusquam utitur voce *ἀσθενής* ad significandum aegrotum, sed tantum participio *ὁ ἀσθενέων*; *ἀσθενής* ei est invalidus, infirma valetudine utens, *ἀσθενέων*, aegrotus." Bloomf. in ed. 2. Certe aptius quam hoc loco *ἀσθενεῖς* dictum est 75, 3, ubi ad *καταλειπόμενοι* relatum valetudinis habitum significat; hic ad eos qui tum aegroti erant significandos praeferendum est *ἀσθενοῦσιν*.

πάσας omnes praeter Vat., quod propter *ὅσαι* non praeferendum est. Cf. III 36, 2.

τείχη τὰ ἄνω. „Munitiones superiores non significant munitiones in Epipolis factas [quas iam prius reliquerant], sed partem superiorem duplicis muri septem aut octo stadiorum [2, 4], qui per vallem ductus erat; ergo huius duplicis muri partem extremam eam, quae sub ipsas Epipolarum rupes [*κρημνόν*] maxime pertinebat et ab ora maritima longissime distabat. Plutarchus hanc superiorem operum Atticorum partem fano Herculis continentem fuisse dicit Nic. 25." Arn. — *ἀπολαβόντες διατειχίσματι . . . γενέσθαι*, cum muro interiecto intercepissent (s. conclusissent) quam minimum loci posset . . . sufficere. De *διατειχίσματος* voce cf. adn. III 34, 2. *Τείχει ἀπολαβεῖν* legitur IV 102, 4. — *ἀπλοώτεραι*, minus ad navigandum idoneae. De flexione vid. Lob. ad Phryn. p. 143. — *ἀπὸ δὲ τοῦ ἄλλου*, scil. quod non custodiebat.

§ 3. *ἡλικίας μετέχων*. Quos tandem propter aetatem minus idoneos fuisse censeamus?

ἀναμαχούμενοι ἀξίως τοῦδε τοῦ πλήθους, ὅσον αὐτοὶ ὑμῶν αὐτῶν ἐφορᾶτε, παρασκευάζεσθε.

α. τὰ τοῖς Ἀθηναίοις ξυμπράσσοντα ἐξαριθμεῖται.

1 62. Ἃ δὲ ἀρωγὰ ἐνείδομεν ἐπὶ τῇ τοῦ λιμένος στενότητι πρὸς τὸν μέλλοντα ὄχλον τῶν νεῶν ἔσεσθαι καὶ πρὸς τὴν ἐκείνων ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων παρασκευήν, οἷς πρότερον ἐβλαπτόμεθα, πάντα καὶ ἡμῖν νῦν ἐκ τῶν παρόντων μετὰ τῶν κυβερνητῶν ἐσκεμμένα ἡτοίμασται. 2 καὶ γὰρ τοξόται πολλοὶ καὶ ἀκοντισταὶ ἐπιβήσονται καὶ ὄχλος ᾧ ναυμαχίαν μὲν ποιούμενοι ἐν πελάγει οὐκ

§ 3. παρεσκευάζεσθε Vat. corrupte.

Cap. **62.** § 1. ὑμῖν Pal. It. Vat. F. Lugd.; sed de ducibus pronomen intellegendum est.

verborum si, quod credideris, haec est: ἐλπίσαντες στῆναι παρασκευάζεσθε ὡς ἀναμαχούμενοι, καί, quod interpretantur etiam, suspectum est (cf. ed. mai.), quare uncis nunc inclusum est a Bloomf. Krueger tamen iungit ἐλπίσαντες καὶ ὡς ἀναμ., i. e. καὶ προσδοκῶντες ἀναμαχεῖσθαι. Ἀναμάχεσθαι esse priorem pugnam iterato proelio resarcire, altera compensare, docuit ad h. l. Abr. — ὅσον αὐτοὶ ὑμῶν αὐτῶν ἐφορᾶτε, scil. τὸ πλῆθος.

Cap. **62.** § 1. ἐπὶ τῇ ... στενότητι sonant in (bei) ... angustiis, et similiter ἐν apud ἀρωγός (Eur. Rhes. 638) et βοηθός legi docet Bloomf. in ed. 2. Kruegeri interpretatio contra displicet propter adiecta πρὸς τὸν ... παρασκ. Class. I 70, 3. II 17, 2. IV 22, 3 confert. — πρὸς τὸν ... ἔσεσθαι, i. e. πρὸς τ. μέλλ. ἔσ. ὄχλ. τῶν νεῶν. Ὄχλος autem τῶν νεῶν quaeritur utrum sit magna multitudo navium hostilium an turba navium in angustias coactarum ut I 49, 3. Illi explanationi praeter pronomen ἐκείνων alteri demum inciso additum obstat quod non plures, sed multo pauciores in pugna postea commissa fuerunt naves Syracusanorum (cf. adn. 70, 3) et quod ne in superiore quidem proelio navali maiore numero navium hostilium victi sunt Athenienses. Cf. adn. prox. Omnia quae sequuntur simul adversus apparatum hostium in tabulatis instructum et navium in angustiis concursum providentur, quod apparatus ille ad hunc concursum compositus erat. Cf. 36, 2—5. — οἷς πρότερον ἐβλαπτόμεθα. Vid. 40, 5. Οἷς per synesin ad παρασκευήν refert Haack., sed simul ad ὄχλον videtur spectare et neutrum genus esse; nam Athenienses prius etiam ideo victi erant, quia διὰ πολλοῦ θορύβου καὶ οὐδενὶ κόσμῳ obviam hostibus iverant (40, 3), magis tamen, quia οἱ ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων ἀκοντίζοντες μεγάλα ἔβλαπτον (40, 5).

§ 2. καὶ ὄχλος. Totum ad partem, sagittarios et iaculatores, adiungitur. Nam ὄχλος omnem multitudinem significat, qua naves complentur. De iunctura

ἂν ἐχρώμεθα διὰ τὸ βλάπτειν ἂν τὸ τῆς ἐπιστήμης τῇ βαρύτητι τῶν νεῶν, ἐν δὲ τῇ ἐνθάδε ἠναγκασμένῃ ἀπὸ τῶν νεῶν πεζομαχίᾳ πρόσφορα
3 ἔσται. ηὕρηται δ' ἡμῖν ὅσα χρὴ ἀντιναυπηγῆσαι, καὶ πρὸς τὰς τῶν ἐπωτίδων αὐτοῖς παχύτητας, ᾧπερ δὴ μάλιστα ἐβλαπτόμεθα, χειρῶν σιδηρῶν ἐπιβολαί, αἳ σχήσουσι τὴν πάλιν ἀνάκρουσιν τῆς προσπεσούσης νεώς, ἢν τὰ ἐπὶ τούτοις οἱ ἐπι-
4 βάται ὑπουργῶσιν. ἐς τοῦτο γὰρ δὴ ἠναγκάσμεθα ὥστε πεζομαχεῖν ἀπὸ τῶν νεῶν, καὶ τὸ μήτε αὐτοὺς ἀνακρούεσθαι μήτ' ἐκείνους ἐᾶν ὠφέλιμον

§ 2. προσφορος Ven. Cf. adn.
§ 3. εὕρηται codd. Cf. sdl. V 54, 1.
cum alia quae Valla, quasi ἄλλα τε ὅσα legerit, satis apte. Sed cf. adn. ad καί.
ὅσα μὴ ἀντιναυπηγεῖσθαι praeter Vat. Ven. Bas. Gr. corr. Cl. plurimi. Sed μή aperte falsum est et de re semel facienda praestat aoristi inf.
δή om. omnes praeter. Vat. Cf. sd. 86, 4.

cf. adn. I 116, 3, de re VII 60, 2 sqq. Class. καὶ ὄχλος a prioribus commate posito seiunxit interpretatus et ea re in naves multitude hominum conveniet, quorum verborum apud Th. nihil legitur nisi et multitudo hominum. Neque ullo modo opus est Herw. coniectura, qui in Mmemos l. l. καὶ ὄχλῳ ναυμαχίαν scribens in parenthesim redegit καὶ ὄχλῳ . . . ἔσται et deinde comma posuit. — βλάπτειν . . . τῇ βαρύτητι τῶν νεῶν, i. e. quod „turba (epibatarum nimia) impediat artem pondere navium . . . [Nimirum] quod multitudo non possit non onerare naves, praegravare et inhabiliores reddere.“ Bau. — ἠναγκασμένῃ. Schol. κατὰ ἀνάγκην γενησομένῃ. — πρόσφορα ἔσται, scil. ἐπιβῆναι αὐτόν (τὸν ὄχλον). Cf. adn. VI 17, 3. Class. eumque secutus Herw. l. l. πρόσφορος scripserunt, quo sane aequabilior fit oratio; sed nos inaequalitatem, quam πρόσφορα habet, non solum ferendam, sed vere Thucydideam esse credimus.

§ 3. καί, *und zwar*. Cf. adn. VI 101, 3. — τῶν ἐπωτίδων αὐτοῖς] ἀντὶ τοῦ τῶν Συρακουσίων. Schol. Cf. adn. III 98, 1 et de re supra 36, 2. — ᾧπερ. Cf. Matth. Gr. § 439. — χειρῶν σιδηρῶν ἐπιβολαί. De manibus ferreis vid. IV 25, 4 atque ibi adn. — τὴν πάλιν ἀνάκρουσιν. „Sic supra 44, 8 τῆς πάλιν καταβάσεως.“ Bloomf. De proximo singulari τῆς . . . νεώς distributive posito vid. ad 65, 2. — τὰ ἐπὶ τούτοις, quae postea requiruntur (cf. I 65, 1). „I. e. ut pugnent atque insiliant in naves manibus ferreis illigatas, ut manu rem gerant.“ Bau.

§ 4. ἀνακρούεσθαι. Cf. adn. 36, 5. — ὠφέλιμον φαίνεται = ὠφέλιμον ὂν φαίνεται. Cf. Krueg. Gr. § 56, 4 adn. 6. Exspectaveris φαί-

φαίνεται, ἄλλως τε καὶ τῆς γῆς πλὴν ὅσον ἂν ὁ πεζὸς ἡμῶν ἐπέχῃ πολεμίας οὔσης.

β'. παροξύνονται πρῶτον μὲν οἵ τε ἐπιβάται καὶ οἱ ναῦται, ἔπειτα μόνοι οἱ ναῦται μέτοικοι ὄντες.

63. Ὧν χρὴ μεμνημένους διαμάχεσθαι ὅσον 1
ἂν δύνησθε, καὶ μὴ ἐξωθεῖσθαι ἐς αὐτήν, ἀλλὰ ξυμπεσούσης νηῒ νεὼς μὴ πρότερον ἀξιοῦν ἀπολύεσθαι ἢ τοὺς ἀπὸ τοῦ πολεμίου καταστρώματος ὁπλίτας ἀπαράξητε. καὶ ταῦτα τοῖς ὁπλίταις οὐχ 2
ἧσσον τῶν ναυτῶν παρακελεύομαι, ὅσῳ τῶν ἄνωθεν μᾶλλον τὸ ἔργον τοῦτο· ὑπάρχει δ' ἡμῖν ἔτι νῦν γε τὰ πλείω τῷ πεζῷ ἐπικρατεῖν. τοῖς δὲ ναύ- 3
ταις παραινῶ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ τῷδε καὶ δέομαι μὴ ἐκπεπλῆχθαί τι ταῖς ξυμφοραῖς ἄγαν, τήν τε παρασκευὴν ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων βελτίω νῦν ἔχοντας καὶ τὰς ναῦς πλείους, ἐκείνην τε τὴν ἡδονὴν ἐνθυμεῖσθαι ὡς ἀξία ἐστὶ διασώσασθαι, οἳ

§ 4. ἐσομένης (above: οὔσης) Vat.

Cap. 63. § 2. ὑμῖν codd. plerique. Sed ad Athenienses, non ad ὁπλίτας pronomen propter sententiam refertur.

νεσθαι ex ὥστε pendens; sed Th. hoc. membrum per se constare maluit.

Cap. 63. § 1. μὴ πρότερον ... ἤ. Cf. Matth. Gr. § 522, 2 a et de coniunctivo sine ἄν posito adn. VI 10, 5. — τοὺς ἀπὸ (de hoc cf. adn. II 80, 1) τοῦ . . . ἀπαράξητε (Schol. εἰς τὴν θάλασσαν καταβάλητε). Dicendi genus simillimum exstat Herodot. VIII 90 τοὺς ἐπιβάτας ἀπὸ τῆς κ. νηὸς βάλλοντες ἀπήραξαν." Bloomf. Cf. sd. 6, 3.

§ 2. τῶν ναυτῶν. De genetivo af. adn. I 85, 1. III 83, 2. — τῶν ἄνωθεν, i. e. τῶν ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων, τῶν ἐπιβατῶν. — νῦν γε, nunc quidem, quanquam non multo post fortasse non item. — τὰ πλείω ... ἐπικρατεῖν. Cf. adn. IV 19, 2.

§ 3. ἐν τῷ αὐτῷ τῷδε, i. e. ἐν τῷ παραινεῖν (schol.) vel omnino αμα. Cf. adn. III 11, 3. — τὴν ... παρασκευὴν ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων. In superiore capite τὴν ἐπὶ τῶν καταστρ. παρασκευήν vocavit. De ἀπό tamen cf. 70, 8. — ἐνθυμεῖσθαι. Bloomfieldius invitis membranis ἐνθυμεῖσθε scripsit negans se intellegere, quomodo aliter compositio verborum constaret. Et tamen ἐνθυμεῖσθαι aptum esse ex superioribus τοῖς ναύταις παραινῶ καὶ δέομαι luce clarius est. In accusativo ἐκείνην τὴν ἡδονήν cernitur vulgaris attractio. Cf. adn. II 21, 1. — οἳ τέως Ἀθηναῖοι νομιζόμενοι. Sequitur relativum cum secunda persona iunctum, quia antea τοῖς ναύταις significant ὑμῖν τοῖς ναύταις vel quasi haec antea scripta sint. Τοὺς μετοίκους λέγει. Schol. idque recte. Nam quanquam nautarum Atheniensium multo pauciores inquilini

τέως Ἀθηναῖοι νομιζόμενοι, καὶ μὴ ὄντες, ἡμῶν τῆς τε φωνῆς τῇ ἐπιστήμῃ καὶ τῶν τρόπων τῇ μιμήσει ἐθαυμάζεσθε κατὰ τὴν Ἑλλάδα, καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς ἡμετέρας οὐκ ἔλασσον κατὰ τὸ ὠφελεῖσθαι ἔς τε τὸ φοβερὸν τοῖς ὑπηκόοις καὶ τὸ μὴ
4 ἀδικεῖσθαι [πολὺ πλεῖον] μετείχετε. ὥστε κοινωνοὶ μόνοι ἐλευθέρως ἡμῖν τῆς ἀρχῆς ὄντες δικαιοῦσαν

ἡμῶν E., reliqui ὑμῶν. Cf. adn.
τὸ ἀδικεῖσθαι omnes fere praeter Vat.
πλέον Vat. D. I.
§ 4. δικαίως ἂν codd., nisi quod. ἂν om. Reg. D. I. Cf. adn.

erant quam Graeci ingenui ex civitatibus maritimis et insulis orti (cf. adn. I 121, 3. 143, 1), plerosque tamen eorum, quos hic alloquitur, inquilinos fuisse ideo existimamus, quia ceteri peregrini nautae in Siciliam missi maxima ex parte effugerant. Vid. 13, 2. — καὶ μὴ ὄντες, etiamsi non eratis. — ἡμῶν τῆς τε φώνης. Reicienda est scriptura ὑμῶν, quam cum relativo οἵ iungentes interpretantur qui vestrum, quotquot de vobis. Cui rationi non solum verborum collocatio obstat, sed etiam quod adhortatio ad omnes nautas fit. Quod autem 64, 1 τοὺς Ἀθηναίους ὑμῶν dicit, non eos qui ex nautis, sed qui ex omni quae naves complet multitudine Athenienses sunt, significat. Primum enim omnes Nicias adhortatur, et nautas et milites (cf. § 2), deinde nautas, qui maxima ex parte inquilini sunt, tum ipsos Athenienses. — καὶ τῆς ἀρχῆς . . . μετείχετε, et imperii nostri propter utilitatem, quam inde percipiebatis ad timorem subiectis faciendum et evitandas iniurias, non minorem quam ipsi Athenienses partem habebatis. Socii enim Atheniensium imperio subiecti propter timorem officiose ac liberaliter cum iis agunt eosque iniuriis laedere verentur. De ὠφελεῖν ἔς τι cf. VIII 66, 5. Viam huius loci explicandi et emendandi nobis monstravit Class. Nam perspexit hoc loco alterutrum scriptoris verbis eximendum esse, aut οὐκ ἔλασσον aut πολὺ πλεῖον. Nam parem quidem utilitatem illi dici possunt ex Atheniensium imperio percepisse atque hi ipsi, sed nimium est quod eos plus timoris subiectis inicere minusque iniuriis laedi contenditur quam ipsos Athenienses, neque iniuriarum evitatio omnino separari potest ab utilitate. Quod autem Class. οὐκ ἔλασσον delet et ἔς τε τὸ φοβερὸν τοῖς ὑπηκόοις καὶ τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι explicandi causa ad κατὰ τὸ ὠφελεῖσθαι appositum esse vult non probamus. Sic enim melius et clarius Th. omisso ἐς scripsisset τό τε φοβερὸν . . . ἀδικεῖσθαι, et οὐκ ἔλασσον quomodo addi potuerit non liquet. Hoc ipsum autem si quis per λιτότητα dictum esse opinatus est, facile interpretandi causa πολὺ πλεῖον adscripsit, quod deinde praepostere in ipsius scriptoris verba immigravit. Atque hoc iam Krueg. del. Denique ne Class. quidem ratione veri illa superlatio paene ridicula evitatur.

§ 4. ἐλευθέρως, cum libertate, nulla re coacti.

αὐτὴν νῦν μὴ καταπροδίδοτε, καταφρονήσαντες δὲ Κορινθίων τε, οὓς πολλάκις νενικήκατε, καὶ Σικελιωτῶν, ὧν οὐδ' ἀντιστῆναι οὐδεὶς ἕως ἤκμαζε τὸ ναυτικὸν ἡμῖν ἠξίωσεν, ἀμύνασθε αὐτοὺς καὶ δείξατε ὅτι καὶ μετ' ἀσθενείας καὶ ξυμφορῶν ἡ ὑμετέρα ἐπιστήμη κρείσσων ἐστὶν ἑτέρας εὐτυχούσης ῥώμης.

τρίτον δ' οἱ 64. *Τούς τε Ἀθηναίους ὑμῶν πάλιν αὖ καὶ* 1

καὶ post *ὅτι* om. Vat.
Cap. **64.** § 1. *ὑμῶν* om. M., *ἡ ὑμῶν* Vat., in reliquis membranis paene omnibus *ἡμῶν*. Vulgatum ob *ὑπελίπετε*, quod sequitur, omnes editores retinuerunt.

Cf. VI 85, 2. — ***δικαιοῦσαν αὐτὴν νῦν μὴ καταπροδίδοτε***, iure postulantem (cf. I 140, 1. IV 64, 2) eam (scil. ne se prodatis) nunc nolite prodere. Cum enim illi soli cum libertate Atheniensium imperii participes facti eiusque beneficiis usi sint, hoc pro debito iam officio postulat, ne se nunc derelinquant. Hac ratione inter se referunt *μόνοι ἐλευθέρως* et *δικαιοῦσαν*. Codd. plurimorum scriptura *δικαίως ἂν* falsa est propter *ἂν* imperativo additum. Si vero cum Madv. (Adv. crit. I p. 332) *δικαίως ἂν . . . μὴ καταπροδιδοῖτε* legeremus, *οὐ* pro *μή* scriptum esse oporteret (nam minus simile est quam quod huc afferri possit VI 18, 1, ubi cf. adn.) et imperativum quae sequuntur *ἀμύνασθε καὶ δείξατε* tuentur. Qui vero *ἂν* praeter optimorum et plurimorum codd. auctoritatem omisso interpretantur ex iusto vobis non licet id derelinquere, non reputaverunt Graeca verba ita sonare nolite id iuste derelinquere, pro quo dicendum esset nolite id iniuste derelinquere. Fuerunt quibus emendatio a nobis nunc ex Symb. phil. Bonn. p. 392 recepta displiceret, quod infinitivus ad *δικαιοῦσαν* pertinens deesset, quasi vero non saepissime ad talia infin. ex alio verbo subaudiretur (cf. Krueg. Gram. § 55, 4 adn. 11). Quid, si *δεομένην αὐτὴν νῦν μὴ καταπροδίδοτε* scriptum esset, quis non statim *αὐτὴν μὴ καταπροδιδόναι* ad *δεομένην* mente suppleret? Boehmii priorem coniecturam *κινδυνεύουσαν* non solum quod a traditis litteris nimium distat improbamus, sed etiam quod quid sibi velit *μόνοι ἐλευθέρως* haud facile perspicitur; certe ad *κινδυνεύουσαν* melius conveniret *ὥστε κοινωνοὶ βεβαίας* vel *ἀκεραίας ἡμῖν τῆς ἀρχῆς ὄντες*. Neque magis propter *μόνοι ἐλευθέρως* nobis placet quod postea idem praetulit *δικαιώσατε . . . καταπροδιδόναι*. Class. *δικαίως ἂν* uncis inclusit, donec emendatio inventa esset, quae sibi satisfaceret. — ***ἠξίωσεν***, i. e. *ἐτόλμησεν*. Cf. adn. IV 66, 2. — ***ἑτέρας***. Class. *ἑτέρων* mavult. At Krueg. V 26, 5 *παρ' ἀμφοτέροις τοῖς πράγμασι* confert idemque ad Dion. p. 45 sq. complura eiusmodi exempla adnotavit.

Cap. **64.** § 1. ***Τοὺς Ἀθηναίους ὑμῶν***, qui ex vobis Athenienses sunt. — ***πάλιν***

τάδε ὑπομιμνήσκω, ὅτι οὔτε ναῦς ἐν τοῖς νεωσοίκοις ἄλλας ὁμοίας ταῖσδε οὔτε ὁπλιτῶν ἡλικίαν ὑπελίπετε, εἴ τε ξυμβήσεταί τι ἄλλο ἢ τὸ κρατεῖν ὑμῖν, τούς τε ἐνθάδε πολεμίους εὐθὺς ἐπ' ἐκεῖνα πλευσομένους καὶ τοὺς ἐκεῖ ὑπολοίπους ἡμῶν ἀδυνάτους ἐσομένους τούς τε αὐτοῦ καὶ τοὺς ἐπελθόντας ἀμύνασθαι. καὶ οἱ μὲν ἂν ὑπὸ Συρακοσίοις εὐθὺς γίγνοισθε, οἷς αὐτοὶ ἴστε οἵᾳ γνώμῃ ἐπήλθετε, οἱ δ' ἐκεῖ ὑπὸ Λακεδαιμονίοις. 'Αθηναῖοι αὐτοί.

2 ὥστε ἐν ἑνὶ τῷδε ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἀγῶνι καθεστῶτες καρτερήσατε, εἴπερ ποτέ, καὶ ἐνθυμεῖσθε καθ' ἑκάστους τε καὶ ξύμπαντες ὅτι οἱ ἐν ταῖς ναυσὶν ὑμῶν νῦν ἐσόμενοι καὶ πεζοὶ τοῖς 'Αθηναίοις εἰσὶ [καὶ νῆες] καὶ ἡ ὑπόλοιπος πόλις

πλευσομένους Vat. Aug. Cl. Ven. T. Reg. Marc. F. Lugd. I., πλευσωμένους It., πλευσουμένους reliqui. Apud Th. et πλευσουμένους et πλευσομένους admittitur. Cf. Stahl. Quaest. gram. p. 19.
ὑμῶν Vat.

§ 2. ἑκάστους καὶ ξύμπαντες Vat. At cf. I 36, 3. II 64, 3. ἡ cum Vat. multi codd. om.

αὐ. Cf. adn. 46. — ἡλικίαν, iuventutem. Cf. adn. VI 24, 3. — εἴ τε ... κρατεῖν ὑμῖν] εὐφημότατα ἠνίξατο τὴν ἧτταν. Schol. Videndum igitur, ne insiticium sit ἄλλο ἢ τὸ κρατεῖν. Tum ad τούς τ' ... ἐσομένους mente repetendum est ὑπομιμνήσκω. — ἐπ' ἐκεῖνα, i. e. ἐπὶ τὰ ἐκεῖ sive τὰ οἴκοι ὑμῖν. Cf. Pflugk. ad Eur. Alc. 866. — τούς τε αὐτοῦ, scil. ὄντας πολεμίους.

§ 2. ὑπὲρ ἀμφοτέρων, de utrisque, et iis qui hic et iis qui domi sunt. Sunt iidem qui antehac οἱ μέν — οἱ δέ distinctione secernuntur. — ὅτι οἱ ἐν ταῖς ναυσὶν ... 'Αθηνῶν. Quoniam οἱ ἐν ταῖς ναυσίν non possunt naves esse, Herw. in Mnemos. nov. ser. VIII p. 302 correxit ὅτι ἐπὶ τοῖς ἐν ταῖς ναυσὶν ... ἐσομένοις: „in manibus eorum, qui in navibus vestris mox erunt, esse Atheniensibus et pedestres copias et navales et reliquam civitatem et magnum nomen Athenarum." Sed ab huius loci sententia alienum est in manibus (i. e. in potestate) esse. Adscriptum putamus καὶ νῆες ab inepto quodam librario ad interpretandum καὶ πεζοί εἰσι, quod valet non solum classiarios, sed etiam pedites esse. — οἱ ... ὑμῶν νῦν ἐσόμενοι, qui vestrum nunc in navibus erunt. Pars enim τὸ διατείχισμα 60, 2 custodituri erant. — ἡ ὑπόλοιπος πόλις. Cf. quae 77, 7 Nicias dicit ἄνδρες γὰρ πόλις, καὶ οὐ τείχη οὐδὲ νῆες ἀνδρῶν κεναί. —

καὶ τὸ μέγα ὄνομα τῶν Ἀθηνῶν, περὶ ὧν, εἴ τίς τι ἕτερος ἑτέρου προφέρει ἢ ἐπιστήμῃ ἢ εὐψυχίᾳ, οὐκ ἂν ἐν ἄλλῳ μᾶλλον καιρῷ ἀποδειξάμενος αὐτός τε αὑτῷ ὠφέλιμος γένοιτο καὶ τοῖς ξύμπασι σωτήριος."

οἱ Συρακόσιοι ἀντιπαρασκευάζονται, καὶ οἵ τε στρατηγοὶ καὶ Γύλιππος παρακελεύονται αὐτοῖς.

1 65. *Ὁ μὲν Νικίας τοσαῦτα παρακελευσάμενος εὐθὺς ἐκέλευε πληροῦν τὰς ναῦς. τῷ δὲ Γυλίππῳ καὶ τοῖς Συρακοσίοις παρῆν μὲν αἰσθάνεσθαι, ὁρῶσι καὶ αὐτὴν τὴν παρασκευήν, ὅτι ναυμαχήσουσιν οἱ Ἀθηναῖοι, προηγγέλθη δ' αὐτοῖς καὶ ἡ ἐπιβολὴ τῶν σιδηρῶν χειρῶν,*
2 *καὶ πρός τε τἆλλα ἐξηρτύσαντο ὡς ἕκαστα καὶ πρὸς τοῦτο· τὰς γὰρ πρῴρας καὶ τῆς νεὼς ἄνω ἐπὶ πολὺ κατεβύρσωσαν, ὅπως ἂν ἀπολισθάνοι καὶ μὴ ἔχοι ἀντιλαβὴν ἡ*

Ἀθηναίων Dan. et Vat., in quo tamen *ναίων* litteris superscriptum *νῶν*.

τε ἑαυτῶι Vat.

Cap. **65.** § 1. *τοσάδε* Vat., quod interdum etiam ad superiora spectare vidimus in adn. 59, 1.

περὶ ὧν cum *ἀποδειξάμενος* iungenda esse docet Bau., qui in consequenti *ἀποδειξάμενος* notionem *τοῦ ἀγωνίζεσθαι* vult inesse. Certe *περὶ ὧν* sonant pro quibus (peditibus et reliqua civitate et magno nomine Athenarum). Paulo post attende suavem aequabilitate sermonis verborum collocationem *τίς τι ἕτερος ἑτέρου*, ut apud Plat. *ἄλλο ἄλλῳ μηδὲν μηδενί* (Soph. 251 d). — *ἀποδειξάμενος*. Estne se ostentans an audiendum est *τὴν ἐπιστήμην ἢ εὐψυχίαν*? Hoc verius videtur.

Cap. **65.** § 1. *ἡ ἐπιβολὴ* (i. e. *ἡ μέλλουσα ἔσεσθαι ἐπιβολὴ*) *τῶν σιδηρῶν χειρῶν*. Cf. 62, 3, ubi pluralis *ἐπιβολαί* reperitur, ut plerumque, ubi cum plurali *χειρῶν* coniungitur. Cf. Poll. I 120. Sed singularis sic legitur Zon. Ann. IX 12 p. 237.

§ 2. *τῆς νεὼς ἄνω ἐπὶ πολύ*. *Τῆς νεὼς* „pro *νεὼς ἑκάστης* rarior locutio, at cuius exemplum in promptu est 62, 3 *πρὸς τὰς τῶν ἐπωτίδων παχύτητας, ᾧπερ μάλιστα ἐβλαπτόμεθα, χειρῶν σιδηρῶν ἐπιβολαί, αἳ σχήσουσι τὴν πάλιν ἀνάκρουσιν τῆς προσπεσούσης νεώς*." Wass., qui aliena exempla singularis collective positi (cf. adn. II 4, 2. III 15, 2. al.) addidit. „Cf. Bernh. Synt. p. 58 sq. Huic loco similis est solus is, quem primum excitavit Wass. Vid. etiam Xen. Cyr. II 1, 25. Cf. Krueg. ad Anab. III 5, 11." Hertl. Add. adn. I 14, 3. II 52, 4. Genetivus autem suspensus est ex *ἐπὶ πολύ* formula. Cf. adn. I 1, 2. — *κατεβύρσωσαν, ὅπως* cet. Cf. Poll. I 120 *πρὸς δὲ τὰς ἐπιβολὰς αὐτῶν [τῶν σιδηρῶν χειρῶν] ἀντεσοφίζοντο βύρσας προσηλοῦντες πρὸς τὰ τοιχίσματα τῶν νεῶν, ὅπως ὁ σίδηρος ὀλισθαίνῃ πρὸς τὸ ἀντίτυπον ἀντιλαβὴν οὐκ ἔχων*. — *ὅπως ἂν ἀπολισθάνοι*. Cf. adn. VI 91, 4.

3 χεὶρ ἐπιβαλλομένη. καὶ ἐπειδὴ ἑτοῖμα πάντα ἦν,
παρεκελεύσαντο ἐκείνοις οἵ τε στρατηγοὶ καὶ Γύλ-
ιππος καὶ ἔλεξαν τοιάδε.

1 66. „Ὅτι μὲν καλὰ τὰ προειργασμένα καὶ
ὑπὲρ καλῶν τῶν μελλόντων ὁ ἀγὼν ἔσται, ὦ Συ-
ρακόσιοι καὶ ξύμμαχοι, οἵ τε πολλοὶ δοκεῖτε ἡμῖν
εἰδέναι (οὐδὲ γὰρ ἂν αὐτῶν οὕτως προθύμως ἀντ-
ελάβεσθε), καὶ εἴ τις μὴ ἐπὶ ὅσον δεῖ ᾔσθηται,
2 σημανοῦμεν. Ἀθηναίους γὰρ ἐς τὴν χώραν τήνδε
ἐλθόντας πρῶτον μὲν ἐπὶ τῆς Σικελίας καταδου-
λώσει, ἔπειτα δέ, εἰ κατορθώσειαν, καὶ τῆς Πε-
λοποννήσου τε καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, καὶ ἀρ-
χὴν τὴν ἤδη μεγίστην τῶν τε πρὶν Ἑλλήνων καὶ
τῶν νῦν κεκτημένους, πρῶτοι ἀνθρώπων ὑπο-
στάντες τῷ ναυτικῷ, ᾧπερ πάντα κατέσχον, τὰς
μὲν νενικήκατε ἤδη ναυμαχίας, τὴν δ' ἐκ τοῦ
3 εἰκότος νῦν νικήσετε. ἄνδρες γὰρ ἐπειδὰν ᾧ
ἀξιοῦσι προύχειν κολουθῶσι, τό γ' ὑπόλοιπον
αὐτῶν τῆς δόξης ἀσθενέστερον αὐτὸ ἑαυτοῦ ἐστιν
ἢ εἰ μηδ' ᾠήθησαν τὸ πρῶτον, καὶ τῷ παρ' ἐλ-

ἐν τῷ λόγῳ οὖν πρῶτον μὲν ἀποφαίνουσιν ὅτι καλά ἐστι καὶ μεγίστην ἐλπίδα παρέχοντα τὰ προειργασμένα, δι' ἃ οἱ Ἀθηναῖοι πεπόνθασιν.

§ 3. *πάντα ἑτοῖμα* omnes praeter Vat., qua collocationis inconstantia audaciori coniectori vocabulum *πάντα* suspectum fiat. Cf. adn. II 3, 4.

Cap. **66.** § 1. *οὕτως αὐτῶν* omnes praeter Vat.
§ 2. *ἔπειτ' εἰ* omnes praeter Vat., qui iidem *τε* post *Πελοποννήσου* om. Cf. 84, 2. VIII 32, 1.
ἤδη, quod proximo *νῦν* bene respondet, ex Vat. inseruit Bekk.
§ 3. *ἀκολουθῶσι* Vat. et nonnulli depravati, vulgo *κολουσθῶσι*. At vid. Kuehn. Ind. verb. anom. et Krueg. ibid.
τό γε λοιπόν Vat.

§ 3. *οἵ τε στρατηγοὶ καὶ Γύλιππος*, cum ipsorum duces tum Gylippus. Cf. 69, 1.
Cap. **66.** § 1. *Ὅτι καλὰ τὰ προειργασμένα*. De *ἐστί* sic omisso cf. adn. IV 126, 1. — *αὐτῶν*, *τῶν προειργασμένων καὶ τῶν μελλόντων*. Cf. 59, 2. 3.
§ 2. *Ἀθηναίους*. Pendet ab *ὑποστάντες*. — *ὑποστάντες ... κατέσχον*. Port.: sustinuistis classe, qua illi cuncta obtinuerunt. Sententiae causa Arn. comparat IV 92, 3. — *ἐκ τοῦ εἰκότος*. Sic iterum 68, 3. Cf. Matth. Gr. p. 1334 et adn. I 51, 2.
§ 3. *αὐτὸ ἑαυτοῦ ... ἢ εἰ* cet. Vid. Matth. Gr. § 452 et § 468, 6. — *ᾠήθησαν*. Simul audi *προύχειν*. Cf. adn. V 63, 1. — *τὸ πρῶτον*, ab initio. Cf. 15, 1. — *τῷ παρ'*

πίδα τοῦ αὐχήματος σφαλλόμενοι καὶ παρὰ ἰσχὺν τῆς δυνάμεως ἐνδιδόασιν· ὃ νῦν Ἀθηναίους εἰκὸς πεπονθέναι.

ἔπειτα ὅτι τὰ σφέτερα ἀκμάζει καὶ τήν τε ἀντιμίμησιν τῆς παρασκευῆς

67. Ἡμῶν δὲ τό τε ὑπάρχον πρότερον, ᾧπερ 1
καὶ ἀνεπιστήμονες ἔτι ὄντες ἀπετολμήσαμεν, βεβαιότερον νῦν, καὶ τῆς δοκήσεως προσγεγενημένης αὐτῷ [τὸ] κρατίστους εἶναι, εἰ τοὺς κρατίστους

Cap. **67.** § 1. *ὑμῶν* plerique codd., quod propter *ἀπετολμήσαμεν* reiciendum est.
καὶ ante *τῆς δοκήσεως* om. It. Aug. Cass. M. aliique nonnulli.

ἐλπίδα . . . σφαλλόμενοι. Cf. IV 62, 3 *τῷ παρ' ἐλπίδα μὴ χαλεπῶς σφαλλέσθω* et ibi adn. Cum autem *τῷ παρ' ἐλπίδα* non possint significare praeter spem, sed *τῷ ἀνελπίστῳ, ἀπροσδοκήτῳ*, genetivus *τοῦ αὐχήματος* neglecta concinnitate alterius membri iungendus est cum *σφαλλόμενοι.* Certe qui hanc inaequalitatem haud ferendam esse putant, eos aut *τῷ* delere oportet aut *τῷ . . . σφαλλομένοι* ita accipere quasi scriptum sit *τῷ . . . σφάλλεσθαι* vel *τῷ . . . σφαλλομένῳ.* Nam Heilmanni coniecturam *καί τῳ . . . σφαλλόμενοι* vix quisquam probabit. — *παρὰ ἰσχὺν τῆς δυνάμεως ἐνδιδόασιν*, etiam infra potentiae vires animos demittunt. „Ἰσχὺς τῆς δυνάμεως videatur quidem esse redundantia orationis, sed *ἰσχύς* proprie est vox mediae significationis et valet id quod quis *ἰσχύει.*“ Bloomf., qui confert verba Philon. de Mund. *ἀήττητός ἐστι κατὰ πολλὴν ἰσχύος ῥώμην.* Add. *ἰσχύος κράτος* Soph. Phil. 594 et *τὸ κράτος τῆς ἰσχύος αὐτοῦ* Paul. ad Eph. 1, 19.

Cap. **67.** § 1. *τὸ ὑπάρχον πρότερον*, id quod prius nobis fuit, i. e. animus prius nobis insitus. Krueger tamen pristinam potentiam vult esse, quam interpretationem falsam esse infra *διπλασία ἑκάστου ἡ ἐλπίς* ostendit. — *ἀπετολμήσαμεν.* Pro hoc Weidn. Parerg. p. 15 *ἀντετολμήσαμεν* coni. Sed recte Class. *ἀποκινδυνεύειν* V 81, 5 comparari iussit, cui addi potest *ἀποπειρᾶσαι* 36, 1. — *τῆς δοκήσεως*, existimatione, opinione. Cf. II 35, 2. — *[τὸ] κρατίστους εἶναι*, scil. *ἡμᾶς*, quod ex insequenti *ἐνικήσαμεν* suppletur. Non intellegimus cur Herw. l. l. accus. *κρατίστους* soloecum putaverit. Ceterum aut *τοῦ* scribendum aut *τὸ* omittendum est. Perperam enim huc afferuntur locorum 36, 5 et VIII 87, 3 corruptae lectiones et Soph. Ant. 235 *τῆς ἐλπίδος γὰρ ἔρχομαι δεδραγμένος τὸ μὴ παθεῖν ἂν ἄλλο πλὴν τὸ μόρσιμον*, ubi accusativum *τὸ παθεῖν* ideo positum existimant, quia *τῆς ἐλπίδος δεδραγμένος* valeant idem quod *ἐλπίζων.* Nam similis interpretatio hic non admittitur et facilius ea hoc Sophoclis quoque loco putamus *τοῦ* restituere. Ipse enim Sophocles *TO* antiquo more scripsit, quod falso *τό* pro *τοῦ* lectum est. Prorsus alienum ab hoc loco est *ἐπέσχον* inf., cui *τό* additum est, post se habens II 81, 4. VII 33, 2, quos locos Class. affert. — *εἰ . . . ἐνικήσαμεν*, quod vicimus.

ἐνικήσαμεν, διπλασία ἑκάστου ἡ ἐλπίς· τὰ δὲ πολλὰ πρὸς τὰς ἐπιχειρήσεις ἡ μεγίστη ἐλπὶς με- καὶ τὸ πλῆθος τῶν Ἀθηναίων οὐ δεῖ φοβεῖσθαι.
2 γίστην καὶ τὴν προθυμίαν παρέχεται. τά τε τῆς ἀντιμιμήσεως αὐτῶν τῆς παρασκευῆς ἡμῶν τῷ μὲν ἡμετέρῳ τρόπῳ ξυνήθη τέ ἐστι καὶ οὐκ ἀνάρμοστοι πρὸς ἕκαστον αὐτῶν ἐσόμεθα· οἱ δ', ἐπειδὰν πολλοὶ μὲν ὁπλῖται ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων παρὰ τὸ καθεστηκὸς ὦσι, πολλοὶ δὲ καὶ ἀκοντισταί, χερσαῖοι ὡς εἰπεῖν Ἀκαρνᾶνές τε καὶ ἄλλοι ἐπὶ ναῦς ἀναβάντες, οἳ οὐδ' ὅπως καθεζομένους χρὴ τὸ βέλος ἀφεῖναι εὑρήσουσι, πῶς οὐ σφαλοῦσί τε τὰς ναῦς καὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς πάντες, οὐκ ἐν τῷ αὐτῶν τρόπῳ κινούμενοι, ταράξονται;
3 ἐπεὶ καὶ τῷ πλήθει τῶν νεῶν οὐκ ὠφελήσονται, εἴ τις καὶ τόδε ὑμῶν, ὅτι οὐκ ἴσαις ναυμαχήσει, πεφόβηται· ἐν ὀλίγῳ γὰρ πολλαὶ ἀργότεραι μὲν ἐς τὸ δρᾶν τι ὧν βούλονται ἔσονται, ῥᾷσται δὲ ἐς τὸ

§ 2. ἕκαστον Vat., ἑκάστην Ar. Chr., τὴν ἕκαστον M., τὴν ἑκάστην reliqui.
ἐν τῷ ἑαυτῶν Vat., ἐν τῷ αὐτῷ Pal. Ven. Lugd. Gr. M. I. m.

Cf. adn. III 9, 2. — διπλασία ἑκάστου (scil. ἡμῶν) ἡ ἐλπίς, quod ad confirmatum priorem animum δόκησις illa accessit.

§ 2. τὰ τῆς ἀντιμιμήσεως... ἡμῶν. „I. e. τὰ ἐν οἷς ἀντιμιμοῦνται ἡμᾶς [vel potius τὴν παρασκευὴν ἡμῶν]." Bloomf. De re cf. 62, 2. 3. — ἀνάρμοστοι, imparati. — ἀκοντισταὶ χερσαῖοι] ὡς ἐν τῇ πρώτῃ [I 142, 7] θαλασσίους εἶπε τοὺς ἐμπειρίαν ἔχοντας τῶν ναυτικῶν, οὕτως ἄρτι χερσαίους οὐ τοὺς ἠπειρώτας, ἀλλὰ τοὺς ἀπείρους θαλάσσης λέγει. Schol. „Propr. χερσαίους, terrestres, velut animalia χερσαῖα, terrae tantum adsueta, aquae ignara." Bau. Improprium usum hic ὡς εἰπεῖν (cf. adn. I 1, 2) indicat. „Contemptim [igitur] dictum est, ut cum nostri nautae landsmen vel land-lopers dicunt. [Sine contemptu] Eur. Androm. 457 ναύτην ἔθηκεν ἀντὶ χερσαίου κακόν, Lycophr. Cass. 480 ἀγρότης χερσαῖος." Bloomf. De re cf. 60, 4 et ibi adn. — ὅπως καθεζομένους... ἀφεῖναι, quomodo sedentes (sive inter sedendum) telum emittere oporteat. Nempe in terra cum procursu (cf. Liv. XXXIV 39, 3) soliti erant iaculari. — σφαλοῦσι, in calamitatem adducent. — ἐν σφίσιν αὐτοῖς. Cf. adn. IV 25, 9. VI 77, 1. — οὐκ ἐν τῷ αὐτῶν τρόπῳ κινούμενοι] οὐ κατὰ τὸ σύνηθες ἕκαστος ἐπὶ τῶν νεῶν κινούμενοι. Schol. De ἐν praep. vid. Matth. Gr. § 577 p. 1343 et adn. I 97, 2. — ταράξονται. Ita iam 36, 6.

§ 3. ἐν ὀλίγῳ. Cf. adn. II 84, 1. — ἐς τὸ βλάπτεσθαι.

βλάπτεσθαι ἀφ' ὧν ἡμῖν παρεσκεύασται. τὸ δ' 4
ἀληθέστατον γνῶτε ἐξ ὧν ἡμεῖς οἰόμεθα σαφῶς πεπύσθαι· ὑπερβαλλόντων γὰρ αὐτοῖς τῶν κακῶν καὶ βιαζόμενοι ὑπὸ τῆς παρούσης ἀπορίας ἐς ἀπόνοιαν καθεστήκασιν οὐ παρασκευῆς πίστει μᾶλλον ἢ τύχης ἀποκινδυνεῦσαι οὕτως ὅπως δύνανται, ἵν' ἢ βιασάμενοι ἐκπλεύσωσιν ἢ κατὰ γῆν μετὰ τοῦτο τὴν ἀποχώρησιν ποιῶνται, ὡς τῶν γε παρόντων οὐκ ἂν πράξαντες χεῖρον.

τέλος δὲ ἐς ὀργὴν προ-

68. Πρὸς οὖν ἀταξίαν τε τοιαύτην καὶ τύχην 1

§ 4. ἀποκινδυνεύσει codd. Cf. adn.
πράξαντες It. Aug. M., reliqui πράξοντες. Cf. sd. V 15, 2.

Cf. Matth. Gr. § 535 b extr. — ἀφ' ὧν ... παρεσκεύασται. De attractione rariore vid. Matth. Gr. § 473 adn. 1. Krueg. § 51, 10 adn. 3, de ἀπό, pro quo in schol. deterius ὑπό legitur, adn. 29, 1.

§ 4. ὑπερβαλλόντων. De intransitivo huius verbi usu cf. adn. II 35, 2 et Monk. ad Eur. Alc. 1082. — καὶ βιαζόμενοι. De καί cf. adn. I 65, 1. — ἐς ἀπόνοιαν ... ἀποκινδυνεῦσαι. „Ostendent acutiores, quomodo [si codd. lectionem ἀποκινδυνεύσει servemus] ordinari possint haec verba, ut ex iis commodus sensus eliciatur. Ego non video, sed suspicor scholiasten legisse ἀποκινδυνεῦσαι. Hoc multo clariorem reddit sententiam et oratio apte in hunc modum procedit: ἐς ἀπόνοιαν καθεστήκασιν ἀποκινδυνεῦσαι οὕτως ὅπως δύνανται, οὐ μᾶλλον πίστει παρασκευῆς ἢ τύχης, eo dementiae venerunt, ut non tam apparatu suo quam incerta fortunae alea confisi periculum, quocunque modo possunt, facere velint.“ Duk. Quanquam scholiastes scribens οὐ τῇ παρασκευῇ δηλονότι πιστεύοντες, ἀλλὰ διακινδυνεῦσαι σπεύδοντες ἐπὶ τῇ τύχῃ τὸ μέλλον ποιοῦνται totum enuntiatum Thucydideum magis mutavit, quam ut eum ἀποκινδυνεῦσαι legisse iure ex eius verbis colligas, tamen Dukeri emendatio pro certa habenda est. Nam confidentia in apparatu posita omnino aliena est a desperatione; fortunae autem periclitationem non huius causam esse patet, sed potius desperationem, quae ex rerum angustiis oritur, periclitandi; tum vero recepta demum illa emendatione οὕτως ὅπως δύνανται habent quocum iungantur. — ὡς τῶν γε παρόντων ... χεῖρον, quod praesenti quidem rerum condicione peius (cf. adn. VI 89, 5) se non essent habituri.

Cap. 68. § 1. Πρὸς οὖν ἀταξίαν ... Plerumque quidem προσμίσγειν τινί dicitur; sed προσμίσγειν πρός τινα de amico certe congressu iam 22, 1 legimus, atque de hostili non minus rectum est quam προσβάλλειν πρός τινα, μάχεσθαι πρός τινα, similia multa, et significatur illo πρός id adversus (cf. VI 58, 1), pro quo apud verba pugnandi Latine etiam cum dixeris. Nomina autem abstracta ἀταξία atque ἀναρχία pro concretis quae vo-

ἀνδρῶν ἑαυτὴν παραδεδωκυῖαν πολεμιωτάτων ὀργῇ προσμίξωμεν, καὶ νομίσωμεν ἅμα μὲν νομιμώτατον εἶναι πρὸς τοὺς ἐναντίους οἳ ἂν ὡς ἐπὶ τιμωρίᾳ τοῦ προσπεσόντος δικαιώσωσιν ἀποπλῆσαι τῆς γνώμης τὸ θυμούμενον, ἅμα δὲ ἐχθροὺς ἀμύνασθαι ἐκγενησόμενον ἡμῖν, [καὶ] τὸ λεγόμενόν που ἥδιστον εἶναι. ἄγονται οἱ Συρακόσιοι καὶ ξύμμαχοι.

2 ὡς δὲ ἐχθροὶ καὶ ἔχθιστοι, πάντες ἴστε, οἵ γε ἐπὶ τὴν ἡμετέραν ἦλθον δουλωσόμενοι, ἐν ᾧ, εἰ κατώρθωσαν, ἀνδράσι μὲν ἂν τὰ ἄλγιστα προσέθεσαν, παισὶ δὲ καὶ γυναιξὶ τὰ ἀπρεπέστατα, πόλει δὲ τῇ πάσῃ τὴν αἰσχίστην ἐπίκλησιν.

Cap. 68. § 1. ἐγγενησόμενον omnes praeter Vat. Cf. adn. καὶ om. I. nec expressit Valla.

cantur sunt posita. Vid. adn. VI 86, 3. — ὀργῇ προσμίξωμεν. „Liv. XXI 41, 10 itaque vos ego, milites, non eo solum animo, quo adversus alios hostes soletis, pugnare velim, sed cum indignatione quadam atque ira. Iram enim [plerumque] a bello quoque et pugna alienam veterum prudentia habuit.“ Bau. Cf. Thuc. I 122, 1. Xen. Hist. Gr. V 3, 7. Sen. de Ir. I 11, 1 sq. Cic. Tusc. IV 19, 43 et contra ibi 22, 50. Similiter apud Thuc. θυμῷ I 49, 3, ὀργῇ V 70. — καὶ νομίσωμεν ἅμα μὲν . . . θυμούμενον. Haec complures olim male intellexerunt. „Omnis error interpretum inde ortus est, quod οἵ ad superius ἐναντίους rettulerunt. Coniungendum est cum νομιμώτατον, cuius praedicati omnia ea quae sequuntur πρὸς τοὺς ἐναντίους οἳ ἂν . . . δικαιώσωσιν ἀποπλῆσαι τ. γν. τὸ θυμ. sunt subiectum. *Es ist vollkommen rechtmäszig* (i. e. *der handelt vollkommen rechtmäszig*), *wer gegen einen Feind* . . . Secundum haec constituenda est interpunctio. Ad confirmandam autem hanc enodationem relego ad adn. II 44, 1.“ Heilm. Cf. ibi a nobis adnotata. Similia sunt de quibus dictum est IV 18, 4. — ὡς . . . προσπεσόντος, cum ab (hoste) aggresso ultionem repetere sibi videantur. Cf. adn. VI 45. — ἀποπλῆσαι. Cf. Plat. Gorg. 503 c. Legg. 717 d. Similiter ἐκπιμπλάναι III 82, 8. — τὸ θυμούμενον. Cf. II 59, 3. Eur. Hec. 303. adn. I 90, 2. — ἐκγενησόμενον, fore ut nobis contingat. Hoc ad sententiam aptius est quam ἐγγενησόμενον, fore ut nobis liceat. Participium cum νομίσωσι cohaerere existima. Cf. enim Matth. Gr. § 555 adn. 4 et Xen. Anab. VI 6, 24, ac praeterea reputa participium non cum ipso illo verbo copulatum esse, sed inde simile ἐνθυμηθῶμεν repeti posse, sicut contra propter eandem causam VI 78, 1 post ἐνθυμηθήτω transitus factus est a participio ad infinitivum. — τὸ λεγόμενόν που ἥδιστον εἶναι, id quod (τὸ ἐχθροὺς ἀμύνασθαι) fere dicitur suavissimum esse. — ἐχθροὶ καὶ ἔχθιστοι. Cf. adn. 48, 4.

§ 2. ἐν ᾧ] ἐν τῷ δουλώσασθαι ἡμᾶς. Schol. Cf. adn. II 35, 2. III 84, 2. — τὴν

ἀνθ' ὧν μὴ μαλακισθῆναί τινα πρέπει, μηδὲ τὸ 3 ἀκινδύνως ἀπελθεῖν αὐτοὺς κέρδος νομίσαι (τοῦτο μὲν γάρ, καὶ ἐὰν κρατήσωσιν, ὁμοίως δράσουσι)· τὸ δὲ πραξάντων ἐκ τοῦ εἰκότος ἃ βουλόμεθα τούσδε τε κολασθῆναι καὶ τῇ πάσῃ Σικελίᾳ καρπουμένῃ καὶ πρὶν ἐλευθερίαν βεβαιοτέραν παραδοῦναι, καλὸς ὁ ἀγών. καὶ κινδύνων οὗτοι σπανιώτατοι οἳ ἂν ἐλάχιστα ἐκ τοῦ σφαλῆναι βλάπτοντες πλεῖστα διὰ τὸ εὐτυχῆσαι ὠφελῶσιν."

Νικίας αὖθις τοῖς ἑαυτοῦ παραινεῖ.

69. Καὶ οἱ μὲν τῶν Συρακοσίων στρατηγοὶ 1 καὶ Γύλιππος τοιαῦτα καὶ αὐτοὶ τοῖς σφετέροις στρατιώταις παρακελευσάμενοι ἀντεπλήρουν τὰς ναῦς εὐθὺς ἐπειδὴ καὶ τοὺς Ἀθηναίους ᾐσθάνοντο. ὁ δὲ Νικίας ὑπὸ τῶν παρόντων ἐκπεπληγμέ- 2 νος καὶ ὁρῶν οἷος ὁ κίνδυνος καὶ ὡς ἐγγὺς ἤδη [ἦν], ἐπειδὴ καὶ ὅσον οὐκ ἔμελλον ἀνάγεσθαι, καὶ νομίσας, ὅπερ πάσχουσιν ἐν τοῖς μεγάλοις ἀγῶσι,

§ 3. πραξάντων ἡμῶν Vat. ex interpr. Cf. adn.
καρπουμένην Vat., quod si pro passivo accipitur, obscurius est. Nec opus est, dummodo ἐλευθερίαν bis cogites. Vid. Matth. Gr. § 634, 1.
ὠφελοῦσι omnes praeter Vat.
Cap. 69. § 2. ἦν om. Vat. Cf. adn. IV 126, 1 et adn. VI 29, 1.

αἰσχίστην ἐπίκλησιν, scil. δουλείας.
§ 3. μαλακισθῆναι. Cf. adn. II 43, 6. III 37, 2. — ἀκινδύνως, „sine periculo, quod inferant hostibus; ita ut nobis nil praeterea damni aut periculi inferant." Bau. — τοῦτο, scil. τὸ ἀπελθεῖν. — τὸ δέ cet. Cohaerent τὸ δὲ κολασθῆναι καλὸς ὁ ἀγών. Potuit igitur omitti articulus τό. Cf. II 89, 10. — πραξάντων. Ἡμῶν facillime e βουλόμεθα auditur. Cf. adn. 67, 1. Perperam Krueg. αὐτῶν audit. — ἐκ τοῦ εἰκότος, ut verisimile est. Vid. adn. 66, 2. — παραδοῦναι, scil. ἡμᾶς.
Cap. 69. Proximum locum c. 69—72 in Attica recepit Iacobs. Pugnae navalis, de qua cf. Diod. XIII 15 sqq. et Plut. Nic. 25, descriptionem imitatus est Dio Cass. XLIX 7 sqq. Dionysius p. 874 magnopere laudat narrationem huius proelii.

§ 1. ἐπειδὴ καὶ τοὺς Ἀθηναίους ᾐσθάνοντο] πληροῦντας δηλονότι τὰς ναῦς. Schol. Cf. Krueg. Gr. § 56, 16 adn. 1 et adn. III 16, 4.

§ 2. οἷος. Frustra ὅσος Herw. in Mnem. nov. ser. VIII p. 302. Cf. VIII 2, 4. — ὅσον οὐκ. Cf. adn. I 36, 1. — πάσχουσιν] οἱ ἄνθρωποι δηλονότι. Schol. Paulo post τέ proprie post ἔργῳ collocandum erat; sed cf. adn. I 16. —

πάντα τε ἔργῳ ἔτι σφίσιν ἐνδεᾶ εἶναι καὶ λόγῳ [αὐτοῖς] οὔπω ἱκανὰ εἰρῆσθαι, αὖθις τῶν τριηράρχων ἕνα ἕκαστον ἀνεκάλει, πατρόθεν τε ἐπονομάζων [καὶ αὐτοὺς ὀνομαστὶ] καὶ φυλήν, ἀξιῶν τό τε καθ' ἑαυτόν, ᾧ ὑπῆρχε λαμπρότητός τι, μὴ προδιδόναι τινὰ καὶ τὰς πατρικὰς ἀρετάς, ὧν ἐπιφανεῖς ἦσαν οἱ πρόγονοι μὴ ἀφανίζειν, πατρίδος τε τῆς ἐλευθερωτάτης ὑπομιμνῄσκων καὶ τῆς ἐν αὐτῇ ἀνεπιτάκτου πᾶσιν ἐς τὴν δίαιταν ἐξουσίας, ἄλλα τε λέγων ὅσα ἐν τῷ τοιούτῳ ἤδη τοῦ καιροῦ ὄντες ἄνθρωποι οὐ πρὸς τὸ δοκεῖν τινι ἀρχαιολογεῖν φυλαξάμενοι εἴποιεν ἄν, καὶ ὑπὲρ ἁπάντων παραπλήσια ἔς τε γυναῖκας καὶ παῖδας καὶ θεοὺς πα-

ὄντος praeter It. et Vat. plerique alii libri. „Recte habet ὄντες, ut 38, 6 ἐπειδήπερ ἐν τούτῳ τύχης εἰσί.“ Arn. Ἐν τῷ τοιούτῳ τοῦ καιροῦ ut κατὰ τοῦτο τοῦ καιροῦ 2, 4.

λόγῳ ... εἰρῆσθαι. „Non abundat λόγῳ, sed opp. ἔργῳ, concinnitati datum. Cf. II 46, 1.“ Bau. Add. adn. I 22, 1. Pronomen αὐτοῖς ita additum est, quasi non iisdem et res et verba minus sufficere videantur. „Nec dubium operam perdidisse Arnoldum in defendendo αὐτοῖς post σφίσιν prorsus supervacuo.“ L. Dind. praef. ad Polyb. I p. XLVIII. — **πατρόθεν τε ἐπονομάζων**] Ὅμηρος [Il. X 68]· πατρόθεν ἐκ γενεῆς ὀνομάζων ἄνδρα ἕκαστον. Schol. Philippius in Annal. phil. a. 1881 p. 99 ὀνομαστί ex 70, 2 dicit additum esse. Sed debebat praeterea etiam καὶ αὐτούς pro subditiciis habere. Nusquam enim ἐπονομάζειν non plus quam ὀνομάζειν valet, sed, cum alibi sit aut cognominare (I 13, 4. II 29, 3) aut nomen ex aliqua re imponere (VI 2, 4), hic procul dubio ἐπὶ τῷ ὀνόματι ὀνομάζειν, i. e. praeter ipsorum nomen nominare, significat, ut in Plat. Lys. 204 a ἔτι πατρόθεν ἐπονομάζεται. Ad hanc igitur huius verbi vim indicandam καὶ αὐτοὺς ὀνομαστί adscriptum est. Plena haec appellatio sollemnitatem ac gravitatem habet. — **ὧν** = τούτους ὧν. — **τῆς ... ἐξουσίας.** Cf. Periclis verba II 37, 2. — **ἄλλα τε λέγων** superioribus participiis ἀξιῶν ... πατρίδος τε ... ὑπομιμνῄσκων tertium adiungitur. — **οὐ πρὸς τὸ δοκεῖν ... φυλαξάμενοι,** non caventes, ne cui obsoleta videantur dicere. Rarum est φυλάσσεσθαι πρός τι. Invenitur etiam apud Plut. Moral. 976 d. — **καὶ ὑπὲρ ἁπάντων ... προφερόμενα,** quamvis ad omnia (*für alles*. Cf. Krueg. Gr. 68, 28 adn. 3), i. e. ad omne genus adhortationum, similiter ... proferantur. Significatur hunc locum communem esse. Quod adverbio reddidimus adiectivum παραπλήσια praedicati vice fungens ad προφερόμενα refertur; de καί participio addito cf. VI 16, 6 et de ἐς praepos. adn. V 75, 3. Propter vim praep. ὑπέρ non credimus ὑπὲρ ἁπάντων

τρόφους προφερόμενα, ἀλλ' ἐπὶ τῇ παρούσῃ ἐκπλήξει ὠφέλιμα νομίζοντες ἐπιβοῶνται.

ἔπειτα ἄρχεται ἡ μεγίστη καὶ τελευταία ναυμαχία,

Καὶ ὁ μὲν οὐχ ἱκανὰ μᾶλλον ἢ ἀναγκαῖα 3
νομίσας παρῃνῆσθαι, ἀποχωρήσας ἦγε τὸν πεζὸν πρὸς τὴν θάλασσαν καὶ παρέταξεν ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἐδύνατο, ὅπως ὅτι μεγίστη τοῖς ἐν ταῖς ναυσὶν ὠφελία ἐς τὸ θαρσεῖν γίγνοιτο. ὁ δὲ Δημο- 4
σθένης καὶ Μένανδρος καὶ Εὐθύδημος (οὗτοι γὰρ ἐπὶ τὰς ναῦς τῶν Ἀθηναίων στρατηγοὶ ἐπέβησαν) ἄραντες ἀπὸ τοῦ ἑαυτῶν στρατοπέδου εὐθὺς ἔπλεον πρὸς τὸ ζεῦγμα τοῦ λιμένος καὶ τὸν καταληφθέντα διέκπλουν, βουλόμενοι βιάσασθαι ἐς τὸ ἔξω.

προσφερόμεναι Vat. Sed cf. sd. III 59, 2.
§ 3. *καὶ* pro *ἢ* It. Laur. Marc. Aug. Pal. M. m. Cl. Ven. G. K.
§ 4. *Εὔδημος* plerique libri praeter Vat. et Vall. At vid. 16, 1 cl. Plut. Nic. c. 20. Diod. XIII 13.
καταληφθέντα Mosqu. et Valla vertens fauces portus praeoccupatas praeclusasque, ne illac exiretur; reliqui codd. *καταλειφθέντα* (sic etiam Vat., sed *γρ. παραλειφθέντα*) aut *παραλειφθέντα*, quod etiam schol. (*τουτέστι παρελέλειπτο ὥστε μὴ ἐζεῦχθαι*) legit et exstat apud Dionys. p. 874, correctum tamen, ut videtur, ex libris Thucydideis (cf. adn. III 82, 1. sd. V 86), aut *παραληφθέντα*. Cf. adn.

in omnibus occasionibus posse valere. Badham. in Adhort. p. 26 *καίπερ ὑφ' ἁπάντων* coni., quod, cum iam *ἄνθρωποι* omnes in universum homines significet, ad sententiam inutile est. — *ἀλλ' . . . ἐπιβοῶνται*, sed . . . obtestantes clamitant, ad *ὅσα* refertur.

§ 3. *οὐχ ἱκανὰ μᾶλλον ἢ ἀναγκαῖα*] *ἀναγκαῖα μᾶλλον ἤπερ ἱκανά*. Schol. Cf. adn. I 91, 2. — *ἀποχωρήσας*, ex contione digressus.

§ 4. *στρατηγοί* iunge cum *ἐπέβησαν*: *als Feldherrn.* — *τὸ ζεῦγμα τοῦ λιμένος*. „Thucydides ita vocat opus Syracusanorum, quo fauces magni portus clauserant *τριήρεσι πλαγίαις καὶ πλοίοις καὶ ἀκάτοις* 59, 3 instar pontis navalis, quem *ζεῦγμα* vocant Graeci.“ Duk. — *καὶ τὸν καταληφθέντα διέκπλουν*, occupatum exitum. Relictam esse partem exitus, quae non clauderetur, neque antea memoratum neque per se probabile est (cur enim hoc factum esse putemus?) et refutari videtur verbis 70, 2 *ἐπειρῶντο λύειν τὰς κλῄσεις*. Itaque scripturam *καταληφθέντα* praetulimus. De voce *διέκπλους* exitum significante cf. Plut. Nic. 24 *ἀπέκλεισαν τὸν διέκπλουν* de eadem re dictum, Herod. IV 179. VII 36. Plat. Criti. 115 e. Eundem mox 70, 1 *ἔκπλουν* dicit. Non supervacaneum est additum *καὶ τὸν καταληφθέντα διέκπλουν*, ut Herw. l. l. putat, sed cuius rei causa *ζεῦγμα* factum sit in memoriam revocat. — *βιάσασθαι ἐς τὸ ἔξω*, vi erumpere. Cf. adn. I 68, 1.

1 70. Προεξαγαγόμενοι δὲ οἱ Συρακόσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ναυσὶ παραπλησίαις τὸν ἀριθμὸν καὶ πρότερον, κατά τε τὸν ἔκπλουν μέρει αὐτῶν ἐφύλασσον καὶ κατὰ τὸν ἄλλον κύκλῳ λιμένα, ὅπως πανταχόθεν ἅμα προσπίπτοιεν τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ὁ πεζὸς ἅμα αὐτοῖς παρεβοήθει ᾗπερ καὶ αἱ νῆες κατίσχοιεν. ἦρχον δὲ τοῦ ναυτικοῦ τοῖς Συρακοσίοις Σικανὸς μὲν καὶ Ἀγάθαρχος, κέρας ἑκάτερος τοῦ παντὸς ἔχων, Πυθὴν δὲ καὶ οἱ Κορίνθιοι τὸ
2 μέσον. ἐπειδὴ δὲ καὶ οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι προσ-

ἢ ἐπὶ πολὺ καρτερωτάτη καὶ ἰσόρροπός ἐστι.

Cap. 70. § 1. προεξαναγόμενοι Dionys. p. 875 ex librarii vitio. Aoristus enim requiritur. Cf. praeterea adn.

αὐτοῖς ἅμα omnes praeter Vat. Cf. III 17, 1.

παρεβοήθει Dion. l. l., codd. παραβοηθῇ, παραβοηθεῖ, παραβοηθοῖ. Cf. adn.

§ 2. καὶ post δὲ habent Pal. Cl. Mosqu. Ven. et Dionys. l. l. δὲ omittens, reliqui codd. om., praeterea Vat. etiam οἱ ἄλλοι om., quod reliqui libri cum Dionys. tuentur. Cf. adn.

Cap. 70. § 1. Προεξαγαγόμενοι, provecti, priores vela dantes. Frustra Class. προεξαναγαγόμενοι. Nam ἐξάγεσθαι de navibus dici posse et ἐξαγωγή ostendit ab Herod. IV 179 pariter dictum, quod exemplum cur Class. dubium vocet ne suspicari quidem possumus, et activum ἐπεξάγειν eodem modo 52, 2 usurpatum. — ναυσὶ παραπλησίαις . . . καὶ πρότερον, eodem fere navium numero atque antea (52, 1), i. e. navibus tot fere numero, quot antea habuerant; nam Diodoro XIII 14, 4 teste triremes habuerant LXXIV. Cf. ad § 4 et de καί adn. V 104, 1. — καὶ κατὰ ... λιμένα. Naves non in medio portu, sed ad litus circumcirca excubias agebant impressionis undique faciendae causa. — καὶ παρεβοήθει. „Absurdum est dicere illos naves collocasse circa portum, ut copiae pedestres eas adiuvarent, cum supra nihil dictum sit de copiis pedestribus.“ Arn. Ut enim hoc consilium intellegeretur, sciendum esset has copias circa portum in statione fuisse. Itaque Arn. et Class., qui commode II 90, 3 confert, secuti nunc Dionysii scripturam recepimus. — Πυθὴν δὲ . . . τὸ μέσον. Propter collocationem verborum ἦρχον τοῦ ναυτικοῦ τοῖς Συρακ. et propter responsionem mutuam particularum μὲν . . . δέ audiendum videatur ἔχοντες; cum tamen sententiae magis conveniat εἶχον, hic quoque statuenda erit synchysis. Cf. adn. I 38, 5. VII 3, 4. De Pythene cf. VI 104, 1.

§ 2. οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι. Cf. 61, 1 et Plat. Alc. 112 b τοῖς τε Ἀχαιοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις Τρωσίν. Etiam contra Vat. οἱ ἄλλοι retinuimus. Quis enim haec de suo addisset? Class., qui ἄλλοι Vat. secutus omisit et praeter eiusdem auctoritatem οἱ retinuit, contra rationem videtur peccare. — προσέμισγον,

ἔμισγον τῷ ζεύγματι, τῇ μὲν πρώτῃ ῥύμῃ ἐπιπλέ-
οντες ἐκράτουν τῶν τεταγμένων νεῶν πρὸς αὐτῷ,
καὶ ἐπειρῶντο λύειν τὰς κλῄσεις· μετὰ δὲ τοῦτο
πανταχόθεν σφίσι τῶν Συρακοσίων καὶ ξυμμάχων
ἐπιφερομένων οὐ πρὸς τῷ ζεύγματι ἔτι μόνον ἦν ἡ
ναυμαχία, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν λιμένα ἐγίγνετο, καὶ
ἦν καρτερὰ καὶ οἵα οὐχ ἑτέρα τῶν προτέρων. πολ- 3
λὴ μὲν γὰρ ἑκατέροις προθυμία ἀπὸ τῶν ναυτῶν
ἐς τὸ ἐπιπλεῖν, ὁπότε κελευσθείη, ἐγίγνετο, πολλὴ
δὲ ἡ ἀντιτέχνησις τῶν κυβερνητῶν καὶ ἀγωνισμὸς
πρὸς ἀλλήλους· οἵ τε ἐπιβάται ἐθεράπευον, ὁπότε
προσπέσοι ναῦς νηί, μὴ λείπεσθαι τὰ ἀπὸ τοῦ
καταστρώματος τῆς ἄλλης τέχνης· πᾶς τέ τις ἐν
ᾧ προσετέτακτο αὐτὸς ἕκαστος ἠπείγετο πρῶτος
φαίνεσθαι. ξυμπεσουσῶν δὲ ἐν ὀλίγῳ πολλῶν νεῶν 4
(πλεῖσται γὰρ δὴ αὗται ἐν ἐλαχίστῳ ἐναυμάχησαν·
βραχὺ γὰρ ἀπέλιπον ξυναμφότεραι διακόσιαι γε-

ἦν ante ἡ ναυμαχία perperam omnes praeter Vat. om. Nam non tum primum ad portum fiebat pugna navalis, sed iam antea exorta erat, ut ex superioribus cognoscitur.

§ 3. ἡ om. Cl. Ven. Dan. Cf. adn. ὁπότε Vat. M. Cl. Ven. b., reliqui ὅτε.

appropinquabant. Cf. adn. I 46, 3. — τῶν τεταγμένων νεῶν πρὸς αὐτῷ. De collocatione verborum cf. adn. I 109, 4 et Krueg. Gr. § 50, 10 adn. 2. — τὰς κλῄσεις, claustra iunctis navibus (59, 3) effecta. — σφίσι. Cf. adn. I 20, 1.

§ 3. ἀπό. Cf. adn. I 37, 1. — ὁπότε κελευσθείη. Ὑπὸ τῶν κελευστῶν, de quibus praeter § 6 cf. adn. II 84, 3. — ἡ ἀντιτέχνησις. Articulo hanc ἀντιτέχνησιν, quoniam in omnibus pugnis navalibus exhibeatur, ut notam significari censet Krueg. de Authent. Anab. p. 43. — ἐθεράπευον, curabant. Cf. adn. IV 67, 3. — τὰ ἀπὸ τοῦ καταστρώματος. „Hoc scholiastes et Portus de ipsis ἐπιβάταις, qui in tabulatis erant [I 49, 1], intellegunt. Stephanus vertit: operam dabant, ut circa ea, quae e tabulatis gerenda erant, non minor industria et sedulitas adhiberetur. Nihil obstat, quominus sic quoque accipi possit." Duk. Recte Iacobs. *der Kampf auf dem Verdecke* et Arn. *the service on deck*. De ἀπό cf. Matth. Gr. § 596, 5 b et supra 63, 3. — διακόσιαι. Atheniensium CX 60, 4, de Syracusanis vid. ad § 1. Viderentur ergo XVI de numero CC deesse, nisi 60, 4 μάλιστα additum esset et paulo plures numeraret Diod.

νέσθαι), αἱ μὲν ἐμβολαὶ διὰ τὸ μὴ εἶναι τὰς ἀνακρούσεις καὶ διέκπλους ὀλίγαι ἐγίγνοντο, αἱ δὲ προσβολαί, ὡς τύχοι ναῦς νηὶ προσπεσοῦσα ἢ διὰ τὸ φεύγειν ἢ ἄλλῃ ἐπιπλέουσα, πυκνότεραι ἦσαν.
καὶ τῆς ὑπολοίπου Vat., ut ad cladem a Siciliensibus prius Atheniensibus allatam simul respiciatur; reliqui *καὶ* om.

Σελινούντιοι Vat.

ἕτοιμοι cum aliquot aliis Vat., quod quanquam ferri potest (cf. adn. IV 21, 2), in Vat. tamen pari errori atque *Σελινούντιοι* et infra *ξυναμφότεροι* debetur.

48, 3. V 23, 4. — *πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν* iunge cum *τίθενται*, ut *τίθεσθαι τὰ ὅπλα ἐς τόπον* legimus II 2, 4, ubi cf. adn.

§ 5. *ἰσθμώδους ... τοῦ χωρίου.* Cur haec addita sint, de eo vid. adn. I 26, 5.

Cap. **26.** § 1. *τὰς ἀπὸ ... ναῦς.* Articulus explicatur proxima enuntiatione. Cf. adn. III 3, 4. — *ὅσον οὐ*, tantum non. Cf. adn. I 36, 1. — *ξυνεπιλαβέσθαι ... καταλύσεως.* Cf. adn. VI 70, 1. — *εἴκοσι. Τριάκοντα καὶ πέντε* Diod. XIII 34, 4. 63, 1, sed Thucydideum tuetur Xen. Hist. Gr. I 2, 8. Cf. Krueg. ad Dion. p. 278. — *αἵ τε ἐκ Πελοποννήσου.* Eas igitur XXXIII oportet fuisse. Sed ratione ex iis quae antea narrata sunt subducta non plus XXVIII numerantur. Nam ex XXXIX navibus (c. 7) cum XXI abissent (8, 4. 10, 2) et XX red-

οὖσαι**· καὶ Θηριμένει τῷ Λακεδαιμονίῳ ξυναμ-
φότεραι ὡς Ἀστύοχον τὸν ναύαρχον προσταχθεῖ-
σαι κομίσαι, κατέπλευσαν ἐς Λέρον πρῶτον τὴν
2 πρὸ Μιλήτου νῆσον. ἔπειτα ἐκεῖθεν αἰσθόμενοι

Θηραμένει codd. „Hunc Therimenem vocat It. [et Pal.] VIII 29, 2. 31, 1. 38, 1. 43, 3. 52, 1 consentiente 38, 1 Aug.“ Bekk. Sic 29, 2 Cass. Aug. Lugd. Gr. iidemque saepius, 31, 1 etiam D. Ita discernitur a Theramene Atheniensi. Cf. *Θηρικλῆς*, *Θηρίμαχος*.
ξυναμφότεροι Vat. m. At vid. VII 70, 4.
Λέρον Vat., reliquorum aliquot *Ἐλεὸν* vel *Ἔλεον*. Cf. adn.

issent (10, 3. 20, 1), XXXVIII exstiterunt, ex quibus cum primum quattuor (23, 1), deinde sex (23, 5) iam antehac Chium venissent, XXVIII Cenchreae remanebant. Desunt igitur ad XXXIII navium numerum quinque. Cum autem summam omnium navium, quae est LV, 29, 2 confirmet, Syracusanarum autem et Selinuntiarum numerum Xen. l. l., in his numeris erratum esse nequit. Itaque restat, ut post *οὖσαι* omissas esse statuamus alias Peloponnesiorum naves quinque. Atque facile ibi scriptum fuisse potest *καὶ ἄλλαι πέντε* vel, si ipsos Lacedaemonios quinque naves addidisse volumus, ut decem, quemadmodum primum statuerunt (6, 5), naves miserint (cf. 6, 5. 11, 3. 12, 3), *καὶ αὐτῶν Λακεδαιμονίων πέντε*. — **Θηριμένει.** Hic nauarchus non fuit. Cf. 29, 2. adn. III 26, 1. — **Λέρον.** Huic scripturae obstare videtur, quod Lerus apud Icarum et Patmum sita non apte *ἡ πρὸ Μιλήτου νῆσος* vocetur. Vulgo Eleos hic nominatur, de qua insula nihil alibi se legere meminisse adnotat Wass. Esse tamen praeter Laden ignobiles aliquot insulas prope Miletum testantur. Paus. I 35, 5 et Plin. H. N. V 31. Add. Arrian. Anab. I 20, 5. Sed „ad defendendam Bekkeri scripturam primum urgeamus proximi capitis initium [quanquam, cum Lerum Peloponnesii Miletum tendentes praetervehi deberent, inde, etiamsi non appulissent, Atheniensibus nuntius afferri potuit]; deinde Lerum ostio sinus Iasici [§ 2] propinquam esse; porro, cum Athenienses apud Laden [24, 1] ad ostium portus essent, Peloponnesios non potuisse ad ullam parvarum insularum Ladae vicinarum accedere, quin a tota classe Atheniensium conspicerentur, et tamen verbis *ὡς ἀπὸ τῆς Λέρου ἐπύθετο* indicari eos Atheniensibus non conspicuos factos esse, sed hos solum de iis nuntium accepisse. Denique Herodotus V 125 narrat Lerum satis prope Miletum iacere, ut Milesiis et refugium praebeat et locum, unde facile in patriam revertantur. Itaque verba *ἡ πρὸ Μιλήτου νῆσος* laxius accipienda sunt.“ Arn. Qui insulam in ipso itinere Miletum navigantium sitam [et aliquando a colonis Milesiis occupatam] classi ei, quae ex Peloponneso per mare Aegaeum vecta in conspectum loci, quem peteret, venisset, iure ante eum sitam, etiamsi intervallum amplius 30 mil. interiectum esset, videri potuisse addit. Ad Leri nomen corrumpendum certe propensos fuisse librarios etiam ex sd. 27, 1 apparet. Ceterum de Lero cf. Strab. p. 488. 635. Plin. IV 12. V 31 et ex recentioribus maxime Ross. It. insul. Graec. II p. 116 sqq.

ἐπὶ Μιλήτῳ ὄντας Ἀθηναίους ἐς τὸν Ἰασικὸν κόλ-
πον πρότερον πλεύσαντες ἐβούλοντο εἰδέναι τὰ
περὶ τῆς Μιλήτου. ἐλθόντος δὲ Ἀλκιβιάδου ἵππῳ 3
ἐς Τειχιοῦσσαν τῆς Μιλησίας, οἶπερ τοῦ κόλπου
πλεύσαντες ηὐλίσαντο, πυνθάνονται τὰ περὶ τῆς
μάχης (παρῆν γὰρ ὁ Ἀλκιβιάδης καὶ ξυνεμάχετο
τοῖς Μιλησίοις καὶ Τισσαφέρνει), καὶ αὐτοῖς παρ-
ῄνει, εἰ μὴ βούλονται τά τε ἐν Ἰωνίᾳ καὶ τὰ
ξύμπαντα πράγματα διολέσαι, ὡς τάχιστα βοηθεῖν
Μιλήτῳ καὶ μὴ περιιδεῖν ἀποτειχισθεῖσαν.

Οἱ δ' Ἀθηναῖοι, Φρυνίχου ἀνδρὸς ξυνετοῦ κελεύσαντος, ἀπὸ τῆς Μιλήτου ἀποχωροῦσι, καὶ οἱ Ἀργεῖοι αὐτίκα ἐπ' οἶκον ἀποπλέουσιν.

27. Καὶ οἱ μὲν ἅμα τῇ ἕῳ ἔμελλον βοηθήσειν· 1
Φρύνιχος δὲ ὁ τῶν Ἀθηναίων στρατηγός, ὡς ἀπὸ
τῆς Λέρου ἐπύθετο τὰ τῶν νεῶν σαφῶς, βουλο-
μένων τῶν ξυναρχόντων ὑπομείναντας διαναυμα-
χεῖν, οὐκ ἔφη οὔτ' αὐτὸς ποιήσειν τοῦτο οὔτ'
ἐκείνοις οὐδ' ἄλλῳ οὐδενὶ ἐς δύναμιν ἐπιτρέψειν.
ὅπου γὰρ [ἔξεστιν] ἐν ὑστέρῳ, σαφῶς εἰδότας πρὸς 2
ὁπόσας τε ναῦς πολεμίας καὶ ὅσαις πρὸς αὐτὰς

§ 2. Ἀσιακὸν Vat.
§ 3. οὗ ὑπὲρ pro οἶπερ Vat.

Cap. 27. § 1. Λέρου Vat. Mosqu. Ar. Chr., vulgo Δέρου. οὔτ' ἄλλῳ codd. Emend. Bekk. Cf. sd. 21.

§ 2. *Ἰασικὸν κόλπον.* Iasium sinum vocans Plinius V 31, 112 finem Ioniae ponit. Cf. de eo Forbig. Geogr. ant. II p. 209. De Iaso urbe cf. 28, 2. — *τὰ περὶ τ. Μ.* Cf. adn. 14, 2.

§ 3. *Τειχιοῦσσαν.* Τειχιοῦς appellatur ab Athen. p. 351 a. „Τειχιοῦντα et Τειχιοῦσσαν eandem esse ostendit ... Casaub. ad Athen. VII 20.“ Duk.... *παρῆν*, affuerat. Cf. Krueg. Gr. § 53, 2 adn. 8. — *καὶ ... παρῄνει.* Haec proxime praegressis non sunt aduectenda. Nam παρῆν ... Τισσαφέρνει causam continentia, cur ex Alcibiade comperire pugnae eventum potuerint, sententiam interiectam efficiunt, ut vidit Valla, et cohaerent inter se haec: ἐλθόντος δὲ Ἀλκιβιάδου πυνθάνονται τὰ π. τ. μ. καὶ παρῄνει αὐτοῖς. — *περιιδεῖν ἀποτειχισθεῖσαν.* Cf. adn. II 18, 5.

Cap. 27. § 1. *ὑπομείναντας.* Herw. in Stud. Thuc. p. 104 ὑπομείναντες mavult, quod quanquam scribi potuit (cf. 104, 4. adn. V 41, 2), tamen necessarium non est. Cf. IV 30, 2. — *ἐς δύναμιν.* Cf. Krueg. Gr. § 68, 21 adn. 8.

§ 2. *ὅπου γάρ* cet. Ὅπου causale ut VIII 96, 2. Omnia verba in vulgata ita iungenda esse, ut ἀγωνίσασθαι bis intellectum et ad ἔξεστιν et ad ἔσται spectet, putat Portus. Sed „in Porti ratione non intellegitur, quid verba καθ' ἡσυχίαν παρασκευασαμένοις [ab Abr. una cum

ταῖς σφετέραις, ἱκανῶς καὶ καθ' ἡσυχίαν παρασκευασαμένους ἔσται ἀγωνίσασθαι ὁπότε βούλονται, οὐδέποτε τῷ αἰσχρῷ [ὀνείδει] εἴξας ἀλόγως
3 διακινδυνεύσειν. οὐ γὰρ αἰσχρὸν εἶναι Ἀθηναίους ναυτικῷ μετὰ καιροῦ ὑποχωρῆσαι, ἀλλὰ καὶ μετὰ

§ 2. παρεσκευασμένοις Vat. Cl. Ven., παρασκευασμένοις Gr., παρασκευασαμένοις reliqui. Cf. adn.
ἐξέσται pro ἔσται Vat. ex interpr. Cf. adn.
ὅποι τε βούλονται Vat., reliqui om. Cf. adn.
ὀλίγοι pro ἀλόγως Vat.

ἱκανῶς καί invita collocatione ad ἔξεστιν ἐν ὑστέρῳ relata] sibi velint (ubi cognovissent, ... quo suarum ... *per otium* instructarum numero adversus eas certandum esset)." Heilm., qui expungendum esse ἔσται coniecit, quo deleto ad πρὸς ὁπόσας ... σφετέραις ex ἀγωνίσασθαι audiretur ἀγωνιστέον [vel potius ἀγωνιοῦνται]. Itaque Bekker et Bloomf. ἔσται uncis incluserunt. „Heilmanni emendatio probari posse non videtur; nam quo pacto iunxeris ἔξεστιν ... εἰδότας ... παρασκευασαμένοις ἀγωνίσασθαι?" Bred. „Malim παρασκευασαμένους (vel παρεσκευασμένους) ἀγωνίσασθαι sine ἔσται, nisi potius delendum ἔξεστιν." Dobr. Arnoldus denique incertum reliquit, utrum scriptor, ἔξεστιν antecessisse oblitus, ἔσται praeter necessitatem addidisset an ἀγωνίσασθαι bis cogitandum esset. Primum apparet ἔσται pro ἐξέσται vix interpreti tribui posse et non solum propter ἐν ὑστέρῳ, sed etiam propter διακινδυνεύσειν, quod eiusdem temporis est, futurum ἔσται servandum et ἔξεστι delendum esse. Deinde παρεσκευασμένοις ut ad ἱκανῶς aptum est, ita ad καθ' ἡσυχίαν parum convenit. Nam dici aliquis potest cum bona pace bellum paravisse, sed ad bellum cum bona pace paratus esse (*ungestört gerüstet sein*) vix commode dicitur. Tum lenissima mutatione παρασκευασαμένους scribendum esse putamus; nam eius quam hic statuunt varietatis exempla non novimus. De verbis denique ὅποι τε βούλονται, quae solus Vat. habet, consentimus quidem cum Classeno ea non posse reici (qua enim de causa ea adscripta esse iudicemus?), sed, licet revera ὅποι βούλονται significet quo se convertere velint, sententia potius ubi pugnare velint postulat, et rarior quem hic Class. admittit τέ particulae usus, de quo cf. Kuehn. Gr. max. § 519, 2, apud Th. quidem nusquam quantum scimus invenitur. Itaque ὁπότε βούλονται restituimus idque ad ἀγωνίσασθαι pertinere volumus. — τῷ αἰσχρῷ. Omisso ὀνείδει, quod del. Krueg., aptius et pressius Phrynichus loquitur. Nam se nunquam dicit rei (i. e. recedendi) turpitudinem devitantem praeter rationem periclitaturum esse; recedere enim non esse turpe ubi opportunum sit —, de cuius sententiae subtilitate addito ὀνείδει detrahitur. Et recte Class. monet usitatum esse Thucydidi τὸ αἰσχρόν (§ 3. II 42, 4. V 105, 3. III 3. VI 11, 6), ὄνειδος autem praeter hunc locum apud eum non inveniri.

§ 3. μετὰ καιροῦ. Cf. adn. VI 85, 1. — ἀλλὰ καί. Cf. adn.

ἔπειτα οἱ Πελοποννήσιοι Ἴασον λαβόντες καὶ Ἀμόργην ζωγρήσαντες τοῦτόν τε καὶ τὸ πόλισμα Τισσαφέρνει παραδιδόασι. Πεδάριτος καὶ Φίλιππος.

28. Οἱ δὲ Πελοποννήσιοι ἅμα τῇ ἕῳ ἐκ τῆς 1
Τειχιούσσης ἄραντες ἐπικατάγονται, καὶ μείναντες
ἡμέραν μίαν τῇ ὑστεραίᾳ καὶ τὰς Χίας ναῦς προσ-
λαβόντες τὰς μετὰ Χαλκιδέως τὸ πρῶτον ξυγκατα-
διωχθείσας ἐβούλοντο πλεῦσαι ἐπὶ τὰ σκεύη, ἃ
ἐξείλοντο, ἐς Τειχιοῦσσαν πάλιν. καὶ ὡς ἦλθον, 2
Τισσαφέρνης τῷ πεζῷ παρελθὼν πείθει αὐτοὺς ἐπὶ
Ἴασον, ἐν ᾗ Ἀμόργης πολέμιος ὢν κατεῖχε, πλεῦσαι.
καὶ προσβαλόντες τῇ Ἰάσῳ αἰφνίδιοι καὶ οὐ προσ-
δεχομένων ἀλλ' ἢ Ἀττικὰς τὰς ναῦς εἶναι αἱροῦσι·
καὶ μάλιστα ἐν τῷ ἔργῳ οἱ Συρακόσιοι ἐπῃνέθησαν.
καὶ τόν τε Ἀμόργην ζῶντα λαβόντες [Πισσούθνου 3
νόθον υἱόν, ἀφεστῶτα δὲ βασιλέως] παραδιδόασιν
οἱ Πελοποννήσιοι Τισσαφέρνει ἀπαγαγεῖν, εἰ βούλε-
ται, βασιλεῖ, ὥσπερ αὐτῷ προσέταξε, καὶ τὴν Ἴασον
διεπόρθησαν καὶ χρήματα πάνυ πολλὰ ἡ στρατιὰ
ἔλαβε· παλαιόπλουτον γὰρ ἦν τὸ χωρίον. τούς τ'

Cap. 28. § 2. τὰς om. omnes praeter Vat. Sed significantur eae naves, quas Iasi incolae conspiciebant.

Cap. 28. § 1. ἐπικατάγονται, postea (i. e. post Atheniensium discessum) appellunt (ad Miletum). Cf. adn. III 49, 4. — τὰς μετὰ Χαλκιδέως...ξυγκαταδιωχθείσας. Viginti Chiorum naves et simul cum iis Chalcideum eiusque naves Peloponnesias, quas Chiis nautis compleverat, Strombichides et Thrasycles 17, 3 persecuti sunt. Itaque ξυγκαταδιώκειν μετά τινος hic pariter dictum est atque ξυγκινδυνεύειν μετά τινος 24, 5, ubi cf. sd. — τὰ σκεύη, ἃ ἐξείλοντο, impedimenta, quae exposuerant. Ἐξαιρεῖσθαι est vox sollemnis de hac re. Cf. VIII 90, 5. Herodot. IV 196. Xen. Anab. V 1, 16. „Τὰ σκεύη sunt impedimenta vel utensilia, quae, ne naves nimis gravarentur, ante proelium deponebantur. Vid. 27, 4." Haack. „Velut mali, vela, armamenta. Cf. Xen. Hist. Gr. I 1, 13. VI 2, 27.' Arn. Recentioribus temporibus demi modo armamenta ante pugnas navales solebant. Vid. Drak. ad Liv. XXI 49, 11. — ἐς Τειχιοῦσσαν πάλιν cum πλεῦσαι iunge.

§ 2. Ἴασον. De hac urbe inter Miletum et Halicarnassum in recessu sinus Iasici sita cf. Polyb. XVI 12, 1. Forbig. Geogr. ant. II p. 212. — Ἀμόργης. Cf. 5, 5. — κατεῖχε. Port.: se continebat. Vid. adn. IV 32, 2 et VIII 100, 2. — ἀλλ' ἤ. Cf. adn. III 71, 1.

§ 3. Seclusa recte del. Herw. Nam licet Th. hic ea repetere voluerit, quae iam 5, 5 indicaverat, tamen § 2 haec addenda erant, ubi primum in hac parte Amorges commemoratur. — παλαιόπλουτον . . . χωρίον.

ἐπικούρους τους περὶ τὸν Ἀμόργην παρὰ σφᾶς αὐτοὺς κομίσαντες καὶ οὐκ ἀδικήσαντες ξυνέταξαν, ὅτι ἦσαν οἱ πλεῖστοι ἐκ Πελοποννήσου· τό τε πόλισμα Τισσαφέρνει παραδόντες καὶ τὰ ἀνδράποδα πάντα, καὶ δοῦλα καὶ ἐλεύθερα, ὧν καθ' ἕκαστον στατῆρα δαρεικὸν παρ' αὐτοῦ ξυνέβησαν λαβεῖν, ἔπειτα ἀνεχώρησαν ἐς τὴν Μίλητον. καὶ Πεδάριτόν τε τὸν Λέοντος ἐς τὴν Χίον ἄρχοντα Λακεδαιμονίων πεμψάντων ἀποστέλλουσι πεζῇ μέχρι Ἐρυθρῶν ἔχοντα τὸ παρὰ Ἀμόργου ἐπικουρικόν, καὶ ἐς τὴν Μίλητον αὐτοὶ Φίλιππον καθιστᾶσι. καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα.

1 29. Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος, ἐπειδὴ τὴν Ἴασον κατεστήσατο ὁ Τισσαφέρνης [ἐς] φυλακήν, πόσην τροφὴν Τισσαφέρνης τοῖς Πελοπον-

§ 4. Ἀμόργην τὸν Πισσούθνου Vat. ex superioribus.
§ 5. αὐτοῦ codd. Cf. adn.

Oppidum veteri fortuna opulentum Livii verbis appelles. Cf. Poll. I 23.

§ 4. ξυνέταξαν. Simul audi σφίσιν αὐτοῖς ex superioribus. — τὰ ἀνδράποδα, τοὺς ἀνδραποδισθέντας. — καὶ δοῦλα καὶ ἐλεύθερα. De articulo non iterato cf. adn. VI 46, 3. — ὧν genetivus pretii est rei venali adhibitus. Cf. Krueg. Gr. § 47, 17 adn. 4. — στατῆρα δαρεικόν. „Εἰσὶ μὲν χρυσοῖ στατῆρες οἱ δαρεικοί· λέγουσι δέ τινες δύνασθαι τὸν δαρεικὸν ἀργυρᾶς δραχμὰς [Ἀττικὰς] εἴκοσι. Harpocrat. in Δαρεικός. Idem apparet ex Xen. Anab. I 7, 18." Arn. Cf. Boeckh. Quaest. metrol. p. 130. Wachsm. Antiqu. Gr. II p. 57. Hultsch. Metrol. p. 278. — καθ' ἕκαστον, i. e. ἑκάστων. Vid. adn. II 64, 3. — ἔπειτα. Cf. Krueg. Gr. § 56, 10 adn. 3.

§ 5. τὸ παρὰ Ἀμόργου ἐπικουρικόν. Περὶ Ἀμόργην, ut § 4, maluit Ae. Port. At cf. adn. II 41, 1. V 42, 1. Ἐπικουρικόν ut VIII 25, 1. — αὐτοί, ipsi Mileto praefecerunt Philippum, non missum a Lacedaemoniis. Itaque αὐτοί oppositum est verbis Λακεδαιμονίων πεμψάντων. Idem fecit Brasidas IV 132, 3. Quod in codd. est αὐτοῦ ita defendit Arn., ut ex adverso positum esse dicat superiori ἀποστέλλουσι; Philippum illic remanere iubentes eos praefecisse Mileto. Sed de suo addit remanere iubentes, quod apud Th. non legitur. Qui vero ἐς Μίλητον αὐτοῦ iungens id defendit L. Herbst. adv. Cob. p. 25 exempla αὐτοῦ pro αὐτόσε positi afferre debebat. Nec quicquam valet quod Class. dicit αὐτόσε non opus esse, quia duces Lacedaemoniorum, qui Philippum Mileto praefecerint, in ipsa Mileto fuerint; nam nihilominus ipsum ἐς τὴν Μίλητον illud postulat; aut enim ἐς τὴν Μίλητον αὐτόσε aut ἐν τῇ Μιλήτῳ αὐτοῦ scribendum erat, de quo dicendi genere cf. adn. V 83, 1. Temere αὐτοῦ del. Herw. Stud. Thuc. p. 104, quod cur quis addiderit non liquet.

Cap. 29. § 1. κατεστήσατο . . . [ἐς] φυλακήν. Praep. ἐς recte del. Herw. l. l.

νησίοις ἢ διέδωκεν ἢ πρὸς Ἑρμοκράτη διενεχθεὶς ὡμολόγησε.

παρῆλθεν ἐς τὴν Μίλητον, καὶ μηνὸς μὲν τροφήν, ὥσπερ ὑπέστη ἐν τῇ Λακεδαίμονι, ἐς δραχμὴν Ἀττικὴν ἑκάστῳ πάσαις ταῖς ναυσὶ διέδωκε, τοῦ δὲ λοιποῦ χρόνου ἐβούλετο τριώβολον διδόναι, ἕως ἂν βασιλέα ἐπέρηται· ἢν δὲ κελεύῃ, δώσειν ἔφη ἐντελῆ τὴν δραχμήν. Ἑρμοκράτους δὲ ἀντειπόντος τοῦ Συρακοσίου στρατηγοῦ (ὁ γὰρ Θηριμένης οὐ 2
ναύαρχος ὤν, ἀλλ' Ἀστυόχῳ παραδοῦναι τὰς ναῦς ξυμπλέων, μαλακὸς ἦν περὶ τοῦ μισθοῦ), ὅμως δὲ παρὰ πέντε ναῦς πλέον ἀνδρὶ ἑκάστῳ ἢ τρεῖς

Cap. **29.** § 1. *ἔφη δώσειν* omnes praeter Vat.

Cf. enim 62, 3 *Σηστὸν καθίστατο φρούριον καὶ φυλακὴν τοῦ παντὸς Ἑλλησπόντου* et III 92, 1 *Ἡράκλειαν ἀποικίαν καθίσταντο.* Contra *καθίστασθαι ἔς τι* usu non comprobatur. Nam *καθιστάναι ἔς τι* neque idem est et, nisi locus indicatur (III 34, 3), semper de statu vel condicione dicitur, in quam quid adducitur (I 82, 4. II 81, 8. 100, 6. III 65, 2. 93, 3. 108, 1. IV 74, 3. 75, 1. 76, 5. V 29, 3. 99. VI 36, 2. VII 43. 7. 75, 4. VIII 81, 2. 105, 3). Similem *ἐς ἀσφάλειαν ποιεῖσθαι* vim 1, 3 habet et magis etiam ab hoc loco alienam *ἐς φυλακὴν ποιεῖσθαι*, in custodiam dare, III 3, 4. Frustra igitur talia exempla affert Class. Neque magis *ἐς* de effectu dictum esse potest, ut III 64, 4. V 111, 5. VII 36, 2. 87, 1. VIII 1, 3. 86, 6. Ita enim ipsum actionis eventum designat, non quid ex ea re factum sit, ad quam actio pertinet. Quod autem Class. dicit aliud hoc loco significari atque 62, 3, cum hic Iasus non aliorum propugnaculum fiat, sed ipsa a futura defectione praesidio defendatur, hoc unde compertum habeat nisi ex ipsa quam sic tueri vult interpretatione, ignoramus. Ceterum alibi de loco, qui ipse praesidio defenditur, Th. *φυλακὴν καθίστασθαί τινος* dicit (II 94, 2. IV 41, 2. V 3, 6). — *ὥσπερ ὑπέστη*. De verbis cf. adn. IV 39, 3, de re VIII 5, 5. — *ἐς δραχμήν*. Quaeritur, utrum *ἐς* distributivae significationis causa appositum sit (singulas drachmas) an, quoniam hoc *ἑκάστῳ* voce satis declaratum est, sententia haec sit: ita ut *adeo drachmam* quisque cotidie acciperet (*bis zum Belaufe einer Drachme*). Alterum ideo placet, quia distributive *ἐς* alibi ante sola numeralia ponitur. Ceterum cf. Matth. Gr. § 578 g. De notione cotidie hic et apud *τριώβολον* non claris verbis expressa vid. adn. IV 16, 1 et VII 87, 2. — *τριώβολον διδόναι*. Alcibiade auctore. Vid. 45, 2.

§ 2. *ὁ γὰρ Θηριμένης . . . ξυμπλέων*. Cf. adn. 26, 1. — *μαλακός*, remissior. Cf. II 18, 3. „*Μαλακὸς ἦν περὶ τοῦ μισθοῦ· ἤγουν οὐκ ἐντόνως οὐδὲ σφοδρῶς ἀπῄτει.*" Schol. — *ὅμως δέ*. Particula *δέ* ad praegressam parenthesim refertur. Cf. adn. VI 21, 2. VII 33, 2 et quos citat Krueg. ad Dion. p. 354. „*Ὅμως*, i. e. quanquam triobolum tantum dare prius constituerat. Hanc patet esse vim huius particulae." Bloomf. Cf. Herbst. de redit. Alcib. p. 8. — *παρὰ πέντε ναῦς . . . ὡμολογήθησαν.*

ὀβολοὶ ὡμολογήθησαν. ἐς γὰρ πέντε ναῦς καὶ πεντήκοντα τριάκοντα τάλαντα ἐδίδου τοῦ μηνός· καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσῳ πλείους νῆες ἦσαν τούτου τοῦ ἀριθμοῦ, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον τοῦτον ἐδίδοτο.

§ 2. τρία pro τριάκοντα omnes praeter Vat., qui om. Cf. adn.

Ad pluralem ὡμολογήθησαν illustrandum Bauer non male confert III 67, 7 ἢν οἱ ἡγεμόνες ὥσπερ νῦν ὑμεῖς . . . τὰς γνώμας ποιήσησθε, ubi verbum pariter rei comparatae accommodatum est. Cf. adn. I 82, 1. — ἐς γὰρ . . . τοῦ μηνός. Ut in codd. haec tradita sunt, viginti fere milites et nautae in singulis navibus fuissent, si plus tres obolos singuli singulis diebus accepissent. Revera autem fuerunt ducenti. Cf. adn. VI 8, 1. Ut igitur ratio constaret, καὶ πεντήκοντα del. Palmerius. Nam „quod dicit παρὰ πέντε ναῦς πλέον ἀνδρὶ ἑκάστῳ ἢ τρεῖς ὀβολοὶ ὡμολογήθησαν neque insolenter neque obscure, quin recte et apte dictum est. Hoc enim vult, in quinas quasque naves concessam esse summam, ex qua quis paulo plus quam triobolum accipiat. Tum addit, quantum concessum sit quinis navibus, tria talenta, i. e. trioboli 36,000, in singulas naves 7200, i. e. singulis diebus 240. Quod si ducenti milites et nautae in singulas naves computantur, apertum est nec tres quemque obolos nec quattuor, sed tres et paulo supra dimidiatum [$3^3/_5$] accipere. Quoniam autem ita dividi non possunt oboli [etsi id statui non necesse esse respondet Westerm., cum, utrum stipendia singulis diebus an mensibus an quibus aliis temporibus persoluta sint, ignoremus], παρὰ πέντε ναῦς dicit, in quintam quamque navem, ut παρὰ πέντε ἡμέρας, quinto quoque die. [Etenim παρά non solam distributionem indicat, ut κατά et εἰς, sed successionem per vices. Cf. Matth. Gr. § 588 c, ε'.] Indicat ergo quintam quamque navem per vices paulo plus accepisse, i. e. ex computatione illa 200 triobolos sive obolos 600." Herm. Itaque per vices in quinta quaque nave acceperunt obolos 3 + $^{15}/_5$ = 6 obol. = 1 drachm. „Sed habet hoc aliquam iniquitatem, si in singulis triobolis numerandis semper id, quod supererat, in unam quintam navem collatum esse statuamus. Quid enim, si forte bellum non quinto aliquo mense finiretur? Ita enim fiebat necessario, ut, cum vices non per omnes naves permeassent, e quinque quibusque tot naves fraudarentur aliqua stipendii parte, quot menses adhuc de quinque mensibus deerant. Quam ob causam ego potius statuo terna talenta aequabiliter in quinque quasque naves distributa esse, quo fiebat, ut, si ducenti in singulis homines erant, viritim triobolum $1^1/_5$ sive obolos $3^3/_5$ acciperent. Quae quidem summa si nimis minuta videbitur, cogitandum est parum verisimile esse, ut in omnibus navibus plenus fuerit ducentorum hominum numerus." Haas. Luc. Thuc. p. 34. Eandem rationem sequitur Boeckh. Oec. civ. I p. 383. Sed huic explanationi παρά praepositionis usus paulo ante explicatus videtur repugnare. Quare παρὰ πέντε ναῦς praeterea del. Krueg. Sed multo leniore mutatione rem expedivit Madv. in Adv. crit. I p. 333 τριάκοντα pro τρία scribens et sic rem explicans: „tri-

οἱ ἐν Σάμῳ Ἀθηναῖοι οἴκοθεν βοήθειαν δεξάμενοι τὸ μὲν τοῦ ναυτικοῦ ἐπὶ Χίον πέμπουσι, τὸ δ' ἐν Σάμῳ μένει.

30. Τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος τοῖς ἐν τῇ Σάμῳ 1 Ἀθηναίοις προσαφιγμέναι γὰρ ἦσαν καὶ οἴκοθεν ἄλλαι νῆες πέντε καὶ τριάκοντα καὶ στρατηγοὶ Χαρμῖνος καὶ Στρομβιχίδης καὶ Εὐκτήμων, καὶ τὰς ἀπὸ Χίου καὶ τὰς ἄλλας πάσας ξυναγαγόντες ἐβούλοντο διακληρωσάμενοι ἐπὶ μὲν τῇ Μιλήτῳ τῷ ναυτικῷ ἐφορμεῖν, πρὸς δὲ τὴν Χίον καὶ ναυτικὸν καὶ πεζὸν πέμψαι. καὶ ἐποίησαν οὕτως· Στρομ- 2 βιχίδης μὲν γὰρ καὶ Ὀνομακλῆς καὶ Εὐκτήμων τριάκοντα ναῦς ἔχοντες καὶ τῶν ἐς Μίλητον ἐλ-

Cap. 30. § 1. οἱ . . . Ἀθηναῖοι Vat. Cl. Ven. ex corr. Cf. adn.

προαφιγμέναι It. Vat. C. E., quod non est aptum.

πάσας καὶ τὰς ἄλλας omnes praeter Vat.; sed πάσας melius ceteris navibus quam ex Chio revocatis videtur convenire. Cf. adn.

ginta talenta stipendium menstruum erat sexaginta navium, si terni oboli in diem darentur; cum igitur hoc in quinquaginta quinque naves daretur, nautae παρὰ πέντε ναῦς plus accipiebant, i. e. tanto plus quantum adiciebat quinque navium stipendium in reliquas quinquaginta quinque distributum." Cf. Krueg. Gr. § 68, 36 adn. 5. Ad quinquaginta quinque autem naves 26, 1 memoratas aliae 28, 1 accesserant, de quibus in proximo enuntiato sermo est.

Cap. 30. § 1. τοῖς . . . Ἀθηναίοις. Simillima orationis conformatio est I 72, 1 et I 115, 4, ubi vid. adn. Cf. Krueg. ad Dion. p. 314. Fritzsch. ad Luci. p. 62. De re cf. 27, 4. 6. — Στρομβιχίδης. Hunc, qui iam antea in Ioniam venerat (vid. 16, 1), Athenas missum esse, ut auxilia peteret, suspicatur Haack. „Nunc enim denuo praetor factus revertitur. Eidemque, cum popularis esset (Lys. XIII 13. XXX 40), in tertium quoque annum prorogatum est imperium." Krueg. ad Dion. p. 315. Duos duces eiusdem nominis tunc fuisse coniecit Herbst. de redit. Alcib. p. 53. — καὶ τάς. Καί non respondet alteri καί ante τάς ἄλλας posito, sed simplex est copula, ut I 72, 1. — τὰς ἀπὸ Χίου. Naves ex Chio revocatae et ceterae videntur eae esse, de quibus dictum est 24, 2. — καὶ τὰς ἄλλας πάσας ξυναγαγόντες. Suaserat enim Phrynichus 27, 4 ἀποπλεῖν ἐς Σάμον κἀκεῖθεν ἤδη ξυναγαγόντας πάσας τὰς ναῦς τοὺς ἐπίπλους ποιεῖσθαι. — διακληρωσάμενοι. „Sorte enim imperatores . . . munera belli inter se partiri solebant. Vid. VI 42, 1. 62, 1." Krueg.

§ 2. τριάκοντα ναῦς . . . τέσσαρσι καὶ ἑβδομήκοντα ναυσίν. Harum summa cum sit CIV, in Asiam autem adhuc profectae sint XX (15, 1) + XXV vel XXVI (23, 1, ubi cf. adn.) + XLVIII (25, 1) + XXXV (30, 1) = CXXVIII vel CXXIX Atheniensium naves, ὁπλιταγωγοί, quae inter XLVIII (25, 1) fuerunt, et Argivorum domum reversorum naves (27, 6) XXIV vel XXV fuerunt. Ita recte Arn. Male Herbst. de red.

θόντων χιλίων ὁπλιτῶν μέρος ἄγοντες ἐν ναυσὶν ὁπλιταγωγοῖς ἐπὶ Χίον λαχόντες ἔπλεον, οἱ δ' ἄλλοι ἐν Σάμῳ μένοντες τέσσαρσι καὶ ἑβδομήκοντα ναυσὶν ἐθαλασσοκράτουν καὶ ἐπίπλους τῇ Μιλήτῳ ἐποιοῦντο.

1 31. Ὁ δ' Ἀστύοχος ὡς τότε ἐν τῇ Χίῳ ἔτυχε διὰ τὴν προδοσίαν τοὺς ὁμήρους καταλεγόμενος, τούτου μὲν ἐπέσχεν, ἐπειδὴ ᾔσθετο τάς τε μετὰ Θηριμένους ναῦς ἠκούσας καὶ τὰ περὶ τὴν ξυμμαχίαν βελτίω ὄντα, λαβὼν δὲ ναῦς τάς τε Πελοπον-
2 νησίων δέκα καὶ Χίας δέκα ἀνάγεται. καὶ προσβαλὼν Πτελεῷ καὶ οὐχ ἑλὼν παρέπλευσεν ἐπὶ Κλαζομενάς, καὶ ἐκέλευεν αὐτῶν τοὺς τὰ Ἀθηναίων φρονοῦντας ἀνοικίζεσθαι ἐς τὸν Δαφνοῦντα καὶ

Ἀστύοχος Πτελεῷ καὶ Κλαζομεναῖς μάτην ἐπιχειρεῖ. αἱ δὲ ταῖς Κλαζομεναῖς ἐπικείμεναι νῆσοι διαρπάζονται.

§ 2. ἀγαγόντες omnes praeter Vat., qui ἀπολιπόντες habet; ἄγοντες recte conicit Krueg. ad Dion. p. 314, nisi forte totum participium a Valla non expressum ab interpretibus additum et ἔχοντες ex superioribus audiendum est.
λαβόντες prave Vat. Mosqu. F.
ἐπίπλουν codd. Cf. adn.

Alc. p. 54 de navibus antea ad Hellespontum missis cogitat, quarum apud Th. nulla facta est mentio. — τῶν ἐς Μίλητον ἐλθόντων. Vid. c. 25. — οἱ δ' ἄλλοι. „Charminus, Phrynichus, Scironides; nam Thrasycles (cf. 17, 3. 19, 2) videtur iam Athenas regressus esse, item Leon et Diomedon, qui infra 54, 3 narrantur ad classem missi." Haack. — ἐπίπλους Krueger ad Dion. p. 279 probabiliter conicit, comparans 38, 5 et 44, 3. Idem Did. ac Bekk., commendant cl. 27, 4 et 100, 2. Opponit quidem Bloomf. 79, 6 ἐπίπλουν ποιοῦνται τῇ Μιλήτῳ, at ibi de re semel facta dicitur, hic de incursionibus repetitis identidem. Addit idem ἐπίπλουν legi etiam Arri. E. A. II 1 et Polyb. I 29, 4, sed ibi quoque singulos ἐπίπλους significari ex ipsis verbis ἐπίπλουν ποιήσασθαι et τὸν ἐπίπλουν ποιεῖσθαι apparet.

Cap. 31. § 1. ὡς τότε cet. Vid. 24, 6. Pro ὡς ne ὃς legendum esse suspicere, vide Krueg. ad Dion. p. 332. — διὰ τὴν προδοσίαν, ἣ ἔμελλε γενήσεσθαι. — καταλεγόμενος, sibi deligens. — τούτου μὲν ἐπέσχεν, hoc quidem intermisit. Cf. adn. II 76, 2. — τάς τε μετὰ . . . ἠκούσας. Vid. 26, 1. — τάς τε Πελοπ. δέκα. „Quattuor, quas secum Erythris adduxerat 24, 6, et sex alias, quae Cenchreis profectae Chium venerant 23, 5." Arn.

§ 2. τὰ Ἀθηναίων φρονοῦντας. Vid. adn. III 68, 3. — ἀνοικίζεσθαι. Vid. adn. I 7 extr. — ἐς τὸν Δαφνοῦντα. „Daphnuntem probabile est, ut Cramer putat, fuisse locum eum, quem Strabo p. 645 templum Apollinis dicit. Etiamsi enim non ita procul a mari sit, tamen, cum fuerit in continente, . . . ἀνοικίζεσθαι significans in

*προσχωρεῖν σφίσι· ξυνεκέλευε δὲ καὶ Ταμώς, Ἰω-
νίας ὕπαρχος ὤν. ὡς δ' οὐκ ἐσήκουον, προσβο-* 3
*λὴν ποιησάμενος τῇ πόλει οὔσῃ ἀτειχίστῳ καὶ οὐ
δυνάμενος ἑλεῖν ἀπέπλευσεν ἀνέμῳ μεγάλῳ, αὐτὸς
μὲν ἐς Φώκαιαν καὶ Κύμην, αἱ δὲ ἄλλαι νῆες κατ-
ῆραν ἐς τὰς ἐπικειμένας ταῖς Κλαζομεναῖς νήσους,
Μαραθοῦσσαν καὶ Πήλην καὶ Δρυμοῦσσαν. καὶ* 4
*ὅσα ὑπεξέκειτο αὐτόθι τῶν Κλαζομενίων, ἡμέρας
ἐμμείναντες διὰ τοὺς ἀνέμους ὀκτὼ τὰ μὲν διήρ-
πασαν καὶ ἀνήλωσαν, τὰ δὲ ἐσβαλόμενοι ἀπέπλευ-
σαν ἐς Φώκαιαν καὶ Κύμην ὡς Ἀστύοχον.*

Λέσβιοι μὲν Ἀστυόχῳ πάλιν πράσσουσι

32. *Ὄντος δ' αὐτοῦ ἐνταῦθα Λεσβίων ἀφ-* 1
ικνοῦνται πρέσβεις βουλόμενοι αὖθις ἀποστῆναι·

Cap. **31.** § 3. *ἐσβολὴν* codd. Cf. adn.
§ 4. *ἀνάλωσαν* codd. Cf. sd. VI 31, 5.
Cap. **32.** § 1. *πρέσβεις ἀφικνοῦνται* omnes praeter Vat.
αὖθις omn. iidem. Cf. adn.

interiora recedere [in loca mediterranea migrare] bene ponatur ad domicilii mutationem Clazomeniorum designandam." Arn. — *προσχωρεῖν σφίσι.* ad suas partes transire. Quod ut apte dictum esse de solis *τοῖς τὰ Ἀθην. φρονοῦσιν* intellegas, perpende hos contrarios esse *τοῖς αἰτίοις τῆς ἀποστάσεως*, quos iam 23, 6 Daphnuntem se recepisse legimus. — *Ταμώς.* E Xenophontis quoque Anabasi I 2, 21 notus. — *ὕπαρχος.* Cf. adn. 16, 3.

§ 3. *προσβολήν* nunc auctore Cob. Nov. lect. p. 347 pro *ἐσβολήν* restituimus, quod neque impetum apud Th. significat neque cum dat. iungi potest. Cf. adn. IV 25, 8 et VIII 35, 3. — *οὔσῃ ἀτειχίστῳ.* Cf. III 33, 2 et ibi adn. — *ἐς Φώκαιαν καὶ Κύμην.* Ergo hae quoque urbes ad Lacedaemonios defecerant. Cf. Krueg. ad Dion. p. 342. — *Μαραθοῦσσαν.* Esse insulam Clazomenis vicinam Thucydides ipse dicit. Graviter igitur in hoc nomine erravit Forbig. Geogr. ant. I p. 99. Et hanc insulam et proximas nominat etiam Plin. H. N. V. 38, 137. — *Δρυμοῦσσαν.* „*Δρυμοῦσαν καὶ Πήλην* Aristid. t. I. p. 516." Wass. „Polybio Excerpt. Legat. XXXVI. [immo XXII 27, 5] in ed. Plant. *Δρυμοῦσα*, in Gronov. *Δρυμοῦσσα*, [in Schweigh. *Δρύμουσσα*.]" Duk. De accentibus eiusmodi nominum et de *σ* duplicando cf. sd. 24, 2.

§ 4. *ὅσα ὑπεξέκειτο αὐτόθι τῶν Κλαζομενίων,* quicquid Clazomeniorum eo amandatum et ibi in tuto collocatum erat. Similiter legitur I 137, 3 et apud Herodot. VIII 60 atque *ὑπεκτίθεσθαι* I 89, 3. — *ἐσβαλόμενοι,* in suas naves imponentes, ut vertit Port.

Cap. **32.** § 1. *βουλόμενοι.* Legati civitatum suarum personas sustinent. Cf. adn. V 44, 3. — *αὖθις.* Nam iam paulo ante desciverant Methymna et Mytilene (22, 2) atque Eresus (23,

καὶ αὐτὸν μὲν πείθουσιν, ὡς δ' οἵ τε Κορίνθιοι καὶ οἱ ἄλλοι ξύμμαχοι ἀπρόθυμοι ἦσαν διὰ τὸ πρότερον σφάλμα, ἄρας ἔπλει ἐπὶ τῆς Χίου. καὶ χειμασθεισῶν τῶν νεῶν ὕστερον ἀφικνοῦνται ἄλλαι *περὶ ἀποστάσεως, Χῖοι δ' καὶ Πεδάριτος ἀντιλέγουσι.*
2 ἄλλοθεν ἐς τὴν Χίον. καὶ μετὰ τοῦτο Πεδάριτος, τότε παριὼν πεζῇ ἐκ τῆς Μιλήτου, γενόμενος ἐν Ἐρυθραῖς διαπεραιοῦται αὐτός τε καὶ ἡ στρατιὰ ἐς Χίον· ὑπῆρχον δὲ αὐτῷ καὶ ἐκ τῶν πέντε νεῶν στρατιῶται ὑπὸ Χαλκιδέως [ὡς] ἐς πεντακο-
3 σίους ξὺν ὅπλοις καταλειφθέντες. ἐπαγγελλομένων δέ τινων Λεσβίων τὴν ἀπόστασιν, προσφέρει τῷ τε Πεδαρίτῳ καὶ τοῖς Χίοις ὁ Ἀστύοχος τὸν λόγον ὡς χρὴ παραγενομένους ταῖς ναυσὶν ἀποστῆσαι τὴν Λέσβον· ἢ γὰρ ξυμμάχους πλείους σφᾶς ἕξειν ἢ τοὺς Ἀθηναίους, ἤν τι σφάλλωνται, κακώσειν. οἱ δ' οὐκ ἐσήκουον, οὐδὲ τὰς ναῦς ὁ Πεδάριτος ἔφη τῶν Χίων αὐτῷ προήσειν.

1 33. Κἀκεῖνος λαβὼν τάς τε τῶν Κορινθίων *διὰ τοῦτο*

χειμασθεισῶν καὶ πλανηθεισῶν Vat., ex interpr. simili atque schol. ἤγουν διασπαρεισῶν ὑπὸ χειμῶνος.
ἄλλοι pro ἄλλαι Vat.
§ 2. ὡς om. Vat., ἐς om. T. I. Particularum ὡς ἐς hoc modo abundanter positarum exempla desunt. Non eadem sunt, de quibus dictum est in adn. IV 8, 2 et plane diversum ὡς ἐς 5, 1.
§ 3. ὁ ante Ἀστύοχος et proximum τὸν om. omnes praeter Vat.
Cap. 33. § 1. τῶν om. Vat.

4), sed ab Atheniensibus statim subactae erant.

§ 2. **Πεδάριτος.** Hunc memorant Harp. s. v. Isocr. VI 53. Plut. Lyc. 25. Mor. p. 231 b. 241 d. 491 f. — **τότε παριών.** Vid. 28, 5. — **ὑπῆρχον δὲ αὐτῷ,** scil. ἐν τῇ Χίῳ. Vid. 17, 1. — **ἐς πεντακοσίους.** De numerali disputat Arn., cui numerus inde explicandus videtur, quod complures variis cladibus Chiorum (c. 24) absumpti sint. At navium πλήρωμα, quod ducenorum hominum erat, et nautas et milites classiarios complectitur (cf. adn. 29, 2), sed hic soli numerantur nautae 17, 1 armati.

§ 3. **τὸν λόγον.** Articulus, quod qualis hic λόγος fuerit proximis explicatur. Cf. τὸ ἀγώνισμα 17, 2, — **σφᾶς.** „Immo σφεῖς." Bekk. At cf. 21, 3. Paulo post ἤν τι καὶ σφάλλωνται maluit Dobr. Sed Arn. confert I 33, 3. VI 18, 4. — **προήσειν.** Usitatius hac vi esse medium adnotat Krueg. afferens Herod. I 24. III 137.

Cap. 33. § 1. **λαβὼν . . . ἔχων.** Qualis in codd. traditur graviter hic locus corruptus est. Ac primum quidem naves, quibus-

ἐκεῖνος τοῖς Χίοις ἀγανακτῶν, προσβαλὼν Κωρύκῳ καὶ Ἐρυθραῖς, ἐς Μίλητον κομίζεται.

[πέντε] καὶ μίαν Ἑρμιονίδα καὶ ἕκτην Μεγαρίδα καὶ ἃς αὐτὸς [Λακωνικὰς] ἔχων ἦλθεν ἔπλει ἐπὶ τῆς Μιλήτου πρὸς τὴν ναυαρχίαν, πολλὰ ἀπειλήσας τοῖς Χίοις ἦ μὴν μὴ ἐπιβοηθήσειν, ἤν τι δέωνται. καὶ προσβαλὼν Κωρύκῳ τῆς Ἐρυθραίας 2
ἐνηυλίσατο. οἱ δ' ἀπὸ τῆς Σάμου Ἀθηναῖοι ἐπὶ τὴν Χίον πλέοντες τῇ στρατιᾷ καὶ αὐτοὶ ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα, λόφου διείργοντος, [καὶ] καθωρμίσαντο,

πέντε om. D. I., *πέντε ναῦς* C. Deinde *καὶ ἕκτην Μεγαρίδα καὶ μίαν Ἑρμιονίδα* omnes. Cf. adn.
ἦλθεν ἔχων omnes praeter Vat. Cf. adn. I 9, 2.
ναυμαχίαν Vat. Cf. adn. et sd. 20, 1.
§ 2. *διείργοντο* codd. Cf. adn.

cum Astyochus venerat, non Laconicae fuerunt, sed ex sociorum navibus Cenchream congregatis, ut clarissime cognoscitur ex 20, 1. 23, 1 collatis cum 6, 5. 7. Nam Agidis quoque decem naves cum reliquis Cenchreae coniunctae (c. 7) non Laconicae erant, sed sociorum opibus comparatae (3, 1, quocum cf. 5, 2. 3). Atque ipsorum Lacedaemoniorum naves adhuc Th. non commemoravit nisi quinque a Chalcideo comparatas cum eoque profectas (6, 5. 8, 2. 11, 3. 12, 3) et, licet 26, 1 *καὶ αὐτῶν Λακεδαιμονίων πέντε* exciderit (cf. ibi adn.), tamen ne hae quidem naves cum Astyocho fuerunt. Itaque apparet *Λακωνικὰς* interpreti tribuendum esse. Fuerunt autem naves, quibus Astyochus in Asiam profectus est, quattuor (23, 1. 24, 6), quibus cum postea sex Peloponnesiorum a Cenchreis missae accessissent (23, 5), decem Peloponnesiorum naves exstiterunt, quibus Astyochus 31, 2 Chio profectus esse dicitur. Si autem cum quattuor navibus Astyochus primum advenit, una plures hic memorantur, quam revera ille habuit. Accedunt enim quinque Corinthiae, una Megarica itemque Hermionica una. Arn. quidem suspicatus est Hermionensium navem separatim advenisse neque id a scriptore memoratum esse, sed hoc post 31, 2, ubi decem tantum Astyochi naves commemorantur, factum esse credi prorsus nequit. Iam vero *πέντε*, quod in duobus codd. omittitur, propter praegressum articulum suspectum est. Nam Corinthias quidem naves adfuisse ex 32, 1 cognoscitur, sed quinque Corinthiorum naves antea non sunt commemoratae. Accedit quod ita demum, si *πέντε* afuit, perspicitur, cur Th. *ἕκτην Μ.*, non *μίαν Μ.* scripserit; nam sic Corinthiorum navium numerum tacite significavit. Si autem *πέντε* Th. verbis eximendum est, vera navium summa ita facile efficitur, si *καὶ ἕκτην Μ.* et *καὶ μίαν Ἑρ.*, id quod facillime fieri poterat, sedes inter se mutavisse statuimus eoque facto *πέντε* a librario interpretandi causa additum esse. — *πρὸς τὴν ναυαρχίαν.* Ut adiret s. capesseret imperium classis sibi mandatum (26, 1) recte interpretatur Bau.

§ 2. *προσβαλών*, cum appulisset. Cf. adn. VI 4, 5. De Coryco vid. adn. 14, 1. — *καὶ αὐτοὶ . . . διείργοντος, [καὶ] καθωρμίσαντο.* Ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα valere ex

3 καὶ ἐλελήθεσαν ἀλλήλους. ἐλθούσης δὲ παρὰ Πεδαρίτου ὑπὸ νύκτα ἐπιστολῆς ὡς Ἐρυθραίων ἄνδρες αἰχμάλωτοι ἐκ Σάμου ἐπὶ προδοσίᾳ ἐς Ἐρυθρὰς ἥκουσιν ἀφειμένοι, ἀνάγεται ὁ Ἀστύοχος εὐθὺς ἐς τὰς Ἐρυθρὰς πάλιν, καὶ παρὰ τοσοῦτον
4 ἐγένετο αὐτῷ μὴ περιπεσεῖν τοῖς Ἀθηναίοις. διαπλεύσας δὲ καὶ ὁ Πεδάριτος πρὸς αὐτὸν καὶ ἀναζητήσαντες τὰ περὶ τῶν δοκούντων προδιδόναι, ὡς ηὗρον ἅπαν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων ἐκ τῆς Σάμου προφασισθέν, ἀπολύσαντες τῆς αἰτίας

§ 3. ὑπὸ νύκτα ex Vat. addidit Bekk., nec videntur ea temere potuisse oriri; leguntur certe non raro apud Thuc.
§ 4. πρὸς αὐτὸν Vat., παρ' αὐτὸν vel παρ' αὐτῶν reliqui. παρὰ pro τὰ περὶ Vat.
εὗρον codd. Cf. sd. IV 54, 1.

altera parte ex VII 37, 2 constat. Διείργοντο καὶ καθωρμίσαντο pro καθωρμίσαντο καὶ διείργοντο dictum voluit Ae. Portus, cuius explicationem amplexus Goeller, praeterquam quod fictam illius hypallagen traiectionem verborum appellat, comparat III 68, 1 αὖθις τὸ αὐτὸ ἕνα ἕκαστον παραγαγόντες καὶ ἐρωτῶντες, ubi cf. adn. Sed Athenienses non apte dicentur et ipsi ex altera parte collis (cuiusdam) appulsi esse, cum idem de Peloponnesiis ante non scriptum sit; sed et ipsi, sicut Peloponnesii, Corycum naves appulerant. Cf. 34, 1. Vim enuntiati debere hanc esse: καθωρμίσαντο (οἱ Ἀθηναῖοι) καὶ αὐτοὶ ἐν τῷ αὐτῷ Κωρύκῳ ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα ὑπὸ παρεμπίπτοντος διειργόμενοι λόφου satis scite perspexit Dukas. Nam ita demum et, quid sibi velint illa καὶ αὐτοί, satis comprehendimus, nec aut λόφου de promunturio Coryco dictum esse, quod vel per articulum omissum fieri non potest, putare cogimur aut huius mentionem desideramus. Ut autem haec significatio oriatur, probanda est egregia coniectura Kruegeri λόφου διείργοντος καθωρμίσαντο, quae commendatur Vallae translatione: ad alterum tumuli latus, quo detinebantur, stationem habuerunt. Tum λόφου διείργοντος idem est atque ἐν ᾧ λόφος αὐτοὺς διεῖργεν. Cum enim, ut Strab. p. 644 tradit, sub Coryco plures essent portus, ii, in quos Astyochus et Athenienses invecti erant, colle videntur disiuncti fuisse, in quem ipse Corycus subsidens procurreret. — ἐλελήθεσαν, scil. utrique.

§ 3. ἀφειμένοι] ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων. Schol. — παρὰ τοσοῦτον . . . Ἀθηναίοις. Cf. adn. III 49, 4. IV 106, 4.

§ 4. καὶ ἀναζητήσαντες, scil. Pedaritus et Astyochus. — ἅπαν ἐπὶ . . . προφασισθέν, rem totam, ut illi (captivi) ex Samo salvi evaderent, esse simulatam. Προφασισθὲν passive dictum est, ut ἐκτήθη I 123, 1, ubi vid. adn., et similia. De participio cf. Matth. Gr. § 549, 4. Σωτηρίας nomen cum praepositione verbi coniunctum est, ut

ἀπέπλευσαν, ὁ μὲν ἐς τὴν Χίον, ὁ δὲ ἐς τὴν Μίλητον ἐκομίσθη, ὥσπερ διενοεῖτο.

πλοῦς τῶν ἀπὸ Σάμου Ἀθηναίων, οἳ περὶ Χίον χειμάζονται.

34. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ ἡ τῶν Ἀθηναίων στρατιὰ ταῖς ναυσὶν ἐκ τοῦ Κωρύκου περιπλέουσα κατ' Ἀργῖνον ἐπιτυγχάνει τρισὶ ναυσὶ τῶν Χίων μακραῖς, καὶ ὥσπερ εἶχον ἰδόντες ἐδίωκον· καὶ χειμών τε μέγας ἐπιγίγνεται καὶ αἱ μὲν τῶν Χίων μόλις καταφεύγουσιν ἐς τὸν λιμένα, αἱ δὲ τῶν Ἀθηναίων αἱ μὲν μάλιστα ὁρμήσασαι τρεῖς διαφθείρονται καὶ ἐκπίπτουσι πρὸς τὴν πόλιν τῶν Χίων, καὶ ἄνδρες οἱ μὲν ἁλίσκονται οἱ δ' ἀποθνῄσκουσιν, αἱ δ' ἄλλαι καταφεύγουσιν ἐς τὸν ὑπὸ τῷ Μίμαντι λιμένα Φοινικοῦντα καλούμενον.

Cap. 34. ὡς εἶδον Vat., ὥσπερ ἰδόντες reliqui, cuius discrepantiae communem fontem esse scripturam ὥσπερ εἶδον ἰδόντες ex ὥσπερ εἶχον ἰδόντες leviter corruptam in Symb. phil. Bonn. p. 393 sq. docuit Stahl.
ἐπεδίωκον omnes praeter Vat. Sed ἐπιδιώκειν est fugientes vel fugatos insequi (II 79, 6. 92, 2. III 69, 1. 111, 3. IV 14, 1. 43, 4. V 65, 5. VII 41, 2), quod hic minus est aptum.
καλούμενον om. Vat., expressit Valla.

τὴν ἐς τὴν πατρίδα σωτηρίαν legimus VII 70, 5. — ὁ μὲν . . . ἐκομίσθη. Krueg. ἐκομίσθη, quod Valla liberius vertens omisit, deletum vult. Sed non perspicimus, cur minus recte quam Xen. Anab. II 1, 7 hic suum verbum alterum appositionis distributivae membrum habeat.

Cap. 34. περιπλέουσα, i. e. circa Corycum ab orientali eius parte ad occidentalem. Sed ita part. praes. displicet. Nam circumnavigato demum Coryco Atheniensium classis ad Arginum pervenit. Videndum igitur, ne παραπλέουσα, praeter oram navigans, scribendum sit. — κατ' Ἀργῖνον cum ἐπιτυγχάνει iunge. Ἄργεννον nominant Strab. l. l. Steph. Ptol. p. 118. Plin. V 37. Ubi hoc promunturium eminet proxima est Asiae ora Chio insulae. Nunc capo Bianco (cap Blanc). Cf. Forbig. Geogr. ant. II p. 172. — ὥσπερ εἶχον, continuo. Cf. adn. III 30, 1. — καὶ χειμών τε . . . καὶ κ. τ. λ. De τέ-καί iunctura cf. Herod. VII 217. Kuehn. Gr. max. § 518, 8. Frustra τέ Kruegero suspectum est. — αἱ μάλιστα ὁρμήσασαι, quae ante alias longissime procurrerant (Port.), quae maxime festinaverant. — διαφθείρονται. Cf. adn. II 84, 3. — ἐκπίπτουσι, eiciuntur. Cf. adn. II 92, 3. — ὑπὸ τῷ Μίμαντι. Est mons excelsus in parte septentrionali paeninsulae adversus Chium procurrentis. Cf. Hom. Od. III 172. Strab. p. 645. Forbig. l. d. — λιμένα Φοινικοῦντα καλούμενον. „Stephanus: ἔστι καὶ Φοινικοῦς λιμήν· Θουκυδίδης ὀγδόῃ. Sed Pinedo et Holsteinius recte legunt λιμήν.

ἐντεῦθεν δ' ὕστερον ἐς τὴν Λέσβον καθορμισάμενοι ** παρεσκευάζοντο ἐς τὸν τειχισμόν.

1 35. Ἐκ δὲ τῆς Πελοποννήσου τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος Ἱπποκράτης ὁ Λακεδαιμόνιος ἐκπλεύσας δέκα μὲν Θουρίαις ναυσίν, ὧν ἦρχε Δωριεὺς ὁ Διαγόρου τρίτος αὐτός, μιᾷ δὲ Λακωνικῇ, μιᾷ δὲ Συρακοσίᾳ, καταπλεῖ ἐς Κνίδον· ἡ δ' ἀφειστήκει ἤδη
2 ὑπὸ Τισσαφέρνους. καὶ αὐτοὺς οἱ ἐν τῇ Μιλήτῳ, ὡς ᾔσθοντο, ἐκέλευον ταῖς μὲν ἡμισείαις τῶν νεῶν

Ἱπποκράτη[ς] ἐκ Πελοποννήσου ἐς Κνίδον ἤδη ἀφεστηκυῖαν κ[α]ταπλεῖ καὶ [ἓ]ξ μὲν ναῦς ἐ[ς] Τριόπιον πέμψας ἀπο[]βάλλει, τὴν δ[ὲ] Κνίδον σῴζε[ι]

Cap. 35. § 1. ἀφεστήκει Vat. Mosqu. Cf. sd. IV 26, 7. ἀπὸ codd. Emend. Palmerius.

Liv. XXXVI 45, 7 Romani Chium petentes Phoenicuntem primum portum Erythraeae terrae praetervecti. Add. XXXVII 16, 6." Duk. Est hodie *Tschesme* portus. Cf. Leak. It. As. p. 263. Forbig. l. d. p. 185. — **παρεσκευάζοντο ἐς τὸν τειχισμόν.** Hic **τειχισμός** neque antea commemoratus est neque omnino qualis fuerit ex superiore narratione cognoscitur. Res ex iis demum, quae 38, 2 narrantur, intellegitur. Articulus igitur explicationem non habet. Sed etiam si abesset, nihilominus prorsus in obscuro esset hic *τειχισμός*. Itaque mutilatum esse hunc locum credimus. Quod confirmant verba *ἤδη διαβεβηκότες ἐς τὴν Χίον* 38, 2, quibus indicatur eius rei iam antea aliquam mentionem factam esse. Exciderunt *καὶ βουλόμενοι καταλαβόντες χωρίον ἐρυμνὸν τῇ Χίων πόλει ἐπιτειχίζειν* vel similia.

Cap. 35. § 1. **Θουρίαις.** „Ergo Thuri[n]i Italici nunc Peloponnesiorum socii, qui olim tam alacri studio ad Athenienses propensi erant (cf. VII 33, 5), Spartanis autem societatem denegaverant (VI 104, 2)? An vicerat et redierat eiecta (VII 33, 5) ea pars, quae Lacedaemoniis favebat (Ol. XCII 1 = a. Chr. 412), et invicem ex urbe eiecerat adversarios, qui Atheniensibus addicti erant?": Haack. Ita est. Cf. Wachsm. Ant. Gr. I p. 751. — **Δωριεύς.** Cf. adn. III 8. Hic maxime memores esse debemus verborum Pausaniae VI 7, 2: *διωχθέντες (Δωριεὺς καὶ Πεισίδωρος) ὑπὸ τῶν ἀντιστασιωτῶν ἐκ τῆς Ῥόδου καὶ ἐς Ἰταλίαν παρὰ Θουρίους ἀπελθόντες.* — **καταπλεῖ.** Cf. adn. III 26, 1. — **ἀφειστήκει . . . ὑπὸ Τισσαφέρνους**, ad defectionem adducta erat a Tiss. Cf. adn. I 8, 2. VII 78, 7. Vulgatam vix recte comparato loco VIII 109, 1 excusavit Krueg. ad Dion. p. 344 et Stud. phil. II p. 197. Nam si Cnidus a Tissapherne defecisset, nec Lacedaemonii, tunc socii huius, illuc navigassent nec Athenienses urbem agressi esse paulo post (§ 3) dicerentur. Et deficimus ab iis, quibus paruimus aut foederati fuimus; paruerat autem Cnidus Atheniensibus.

§ 2. **ὡς ᾔσθοντο**, cum rem (scil. *τὸ καταπλεῖν ἐς Κνίδον*) comperissent. Cf. adn. IV 70, 2. VIII 44, 3. — **ταῖς ἡμισείαις.** Dativi non pendent ex *ἐκέλευον* (cf. adn. I 44, 1), sed sunt dativi instrumenti. *Φυ-*

*Κνίδον φυλάσσειν, ταῖς δὲ περὶ Τριόπιον οὔσαις
τὰς ἀπ' Αἰγύπτου ὁλκάδας προσβαλλούσας ξυλ-
λαμβάνειν· ἔστι δὲ τὸ Τριόπιον ἄκρα τῆς Κνιδίας
προύχουσα, Ἀπόλλωνος ἱερόν. πυθόμενοι δὲ οἱ* 3
*Ἀθηναῖοι καὶ πλεύσαντες ἐκ τῆς Σάμου λαμβά-
νουσι τὰς ἐπὶ τῷ Τριοπίῳ φρουρούσας ἓξ ναῦς·
οἱ δ' ἄνδρες ἀποφεύγουσιν ἐξ αὐτῶν. καὶ μετὰ
τοῦτο ἐς τὴν Κνίδον καταπλεύσαντες καὶ προσ-
βαλόντες τῇ πόλει ἀτειχίστῳ οὔσῃ ὀλίγου εἷλον.
τῇ δ' ὑστεραίᾳ αὖθις προσέβαλλον, καὶ ὡς ἄμει-* 4
*νον φραξαμένων αὐτῶν ὑπὸ νύκτα καὶ ἐπεσελ-
θόντων αὐτοῖς τῶν ἀπὸ τοῦ Τριοπίου ἐκ τῶν νεῶν*

§ 2. *προσβαλούσας* Vat. Laur. cum aliquot deterioribus. At cf. adn.

§ 3. *τῷ* om. omnes praeter Vat. Stare potest articulus, quia paulo ante bis commemoratum est Triopium, et semel iam articulo addito, qui redit § 4.

λάσσειν igitur infinitivi nomen debet esse *αὐτούς*. — *ταῖς δὲ . . . οὔσαις*. „Verba *περὶ Τριόπ. οὖσ.* . . . non arcte iungenda sunt cum *ταῖς δέ* [i. e. *ταῖς δὲ ἡμισείας*, sed cohaerent cum praedicato *ξυλλαμβάνειν*]; nondum enim erant illae circa Triopium, sed eo erant iturae.“ Haack. — *τὰς ἀπ' Αἰγύπτου ὁλκάδας . . . ξυλλαμβάνειν* (comprehendere). „Statuendum videtur eas . . . onerarias commeatus [cf. IV 53 3 adn.] advexisse Atheniensibus. . . . Quae sententia eo confirmatur, quod hi de Peloponnesiorum consilio certiores facti illico ad Triopium contendisse narrantur, scilicet ne commeatus ipsorum interciperetur. . . . Sed obiecerit aliquis non verisimile esse ex Aegypto, quae Persarum regis imperio paruerit, frumenta apportata fuisse Atheniensibus eiusdem regis hostibus. At hoc tempore Aegyptii sub Amyrtaeo in libertatem se videntur vindicasse.“ Krueg. ad Dion. p. 356. „Duobus certe annis post, a. Chr. 410, legimus de rege Aegyptiorum tam potenti, ut in Phoenicen se irrupturum esse minatus sit (Diod. XIII 46, 6).“ Arn. — *προσβαλλούσας*, cum (vel per traiectionem ad I 90, 1 illustratam quae) appellerentur (ad Triopium). Cf. adn VI 4, 5. Male Haas. impetu facto, quasi legeretur *προσβαλόντας*; nam nomen infinitivorum paulo ante vidimus esse *αὐτούς*. — *Τριόπιον*. Hodie est *cape Crio*. Cf. Forbig. l. l. p. 209. — *Ἀπόλλωνος ἱερόν*, Apollini sacrum, qui ibi templum procul dubio habebat. Cf. interpret. ad Herod. I 144 et de genet. Krueg. Gr. § 48, 13 adn. 5.

§ 3. *ἀτειχίστῳ οὔσῃ*. Ut Ioniae urbes. Cf. adn. III 33, 2 et supra 31, 3. Idem de Co audiemus 41, 1, de Camiro 44, 2, de Lampsaco 62, 3, de Cyzico 107, 1. — *ὀλίγου*. Cf. adn. IV 124, 1.

§ 4. *αὐτῶν*, i. e. *τῶν Κνι-*

διαφυγόντων οὐκέθ' ὁμοίως ἔβλαπτον, ἀπελθόντες
καὶ δῃώσαντες τὴν τῶν Κνιδίων γῆν ἐς τὴν Σά-
μον ἀπέπλευσαν.
1 36. *Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον Ἀστυόχου* *Λακεδαιμο-*
ἥκοντος ἐς τὴν Μίλητον ἐπὶ τὸ ναυτικόν, οἱ Πε- *νίων εὐπορίc*
λοποννήσιοι εὐπόρως ἔτι εἶχον ἅπαντα τὰ κατὰ τὸ *οἱ πρὸς Τισ*
στρατόπεδον· καὶ γὰρ μισθὸς ἐδίδοτο ἀρκούντως, *σαφέρνη ἄλ*
καὶ τὰ ἐκ τῆς Ἰάσου μεγάλα χρήματα διαρπασ- *λας ξυνθήκα*
θέντα ὑπῆν τοῖς στρατιώταις, οἵ τε Μιλήσιοι προ- *ποιοῦνται.*
2 *θύμως τὰ τοῦ πολέμου ἔφερον. πρὸς δὲ τὸν Τισσα-*
φέρνη ἐδόκουν ὅμως τοῖς Πελοποννησίοις αἱ πρῶ-
ται ξυνθῆκαι, αἱ πρὸς Χαλκιδέα γενόμεναι, ἐνδεεῖς
εἶναι καὶ οὐ πρὸς σφῶν μᾶλλον, καὶ ἄλλας ἔτι
Θηριμένους παρόντος ἐποίουν· καὶ εἰσὶν αἵδε.
1 37. *„Ξυνθῆκαι Λακεδαιμονίων καὶ τῶν ξυμ-* *αἱ δεύτεραι*

§ 4. *ἐπελθόντες* omnes praeter Vat. Sed superiora verba causam continent cur relicta Cnido alio se converterint.

Cap. **36.** § 1. *ἐς* Vat. C., *εἰς* E., reliqui *ὡς*, quod male hinc commemorat Bernh. Synt. p. 215.

§ 2. *ἐπὶ* pro *ἔτι* omnes praeter Vat. „Quae praepositio quo sensu participiorum genetivis iungatur, docet Matth." Goell. Ille hoc loco vel in ed. tertia § 365, 1 utitur. Sed *ἔτι* ob 38, 1, ubi Therimenes profectus esse dicitur, et quae de praesentia eius iam prius narrata sunt, aptius est.

δίων. — ***ἀπελθόντες***, digressi (ab *urbe* Cnido).

Cap. **36.** § 1. ***Ἀστυόχου ἥκοντος***. Vid. 33, 4. — ***ἔτι***, etiamtum, sed paulo post non item. Vid. 46, 5. — ***τὰ . . . χρήματα***. Vid. 28, 3 et de collocatione verborum adn. I 90 1. — ***ὑπῆν***, „suppeditabat, ad manum, in promptu erat." Bau. Cf. VI 87, 4. Herod. I 31. Temere *ὑπῆρχε* Herw. Stud. Thuc. p. 105 rarae voci usitatissimam substituens.

§ 2. ***πρὸς δὲ τὸν Τισσαφέρνη***. Haec, quae post *πρῶται* collocanda forsitan videantur, praemissa esse a Thuc., quod opponeret ceteris rebus et rationibus, quae commodae satis viderentur Peloponnesiis, non item opportunam condicionem foederis Persici, recte docuit Haack. Cf. Krueg. Gr. § 50, 10 adn. 1. — ***τοῖς Πελοποννησίοις***. Peloponnesios male a Lacedaemoniis distinguit ita Lachmannus Hist. Gr. p. 107, ut illis solis foedus displicuisse dicat. At Peloponnesiorum nomine Lacedaemonii contineri solent. — ***πρὸς σφῶν***. Cf. adn. II 86, 5. — ***μᾶλλον***, scil. ἢ πρὸς τοῦ Τισσαφέρνους. — ***ἐποίουν***. „Pro medio." Bau. Proprie tamen non prorsus idem valet. Cf. adn. V 76, 2. VI 58, 2. De imperfecto cf. adn. IV 16, 1.

Cap. **37.** § 1. ***Ξυνθῆκαι . . . σπονδάς***. Differre haec nomina vidimus iam in adn. ad

υνθῆκαι Λα-
ιεδαιμονίων
αὶ βασιλέως
Δαρείου.

μάχων πρὸς βασιλέα Δαρεῖον καὶ τοὺς παῖδας τοὺς
βασιλέως καὶ Τισσαφέρνη, σπονδὰς εἶναι καὶ φι-
λίαν κατὰ τάδε. ὁπόση χώρα καὶ πόλεις βασιλέως 2
εἰσὶ Δαρείου ἢ τοῦ πατρὸς ἦσαν ἢ τῶν προγό-
νων, ἐπὶ ταύτας μὴ ἰέναι ἐπὶ πολέμῳ μηδὲ κακῷ
μηδενὶ μήτε Λακεδαιμονίους μήτε τοὺς ξυμμάχους
τοὺς Λακεδαιμονίων, μηδὲ φόρους πράσσεσθαι ἐκ
τῶν πόλεων τούτων μήτε Λακεδαιμονίους μήτε τοὺς
ξυμμάχους τῶν Λακεδαιμονίων· μηδὲ Δαρεῖον βα-
σιλέα μηδὲ ὧν βασιλεὺς ἄρχει ἐπὶ Λακεδαιμονίους
μηδὲ τοὺς ξυμμάχους ἰέναι ἐπὶ πολέμῳ μηδὲ κακῷ
μηδενί. ἢν δέ τι δέωνται Λακεδαιμόνιοι ἢ οἱ ξύμ- 3
μαχοι βασιλέως, ἢ βασιλεὺς Λακεδαιμονίων ἢ τῶν
ξυμμάχων, ὅ τι ἂν πείθωσιν ἀλλήλους, τοῦτο
ποιοῦσι καλῶς ἔχειν. τὸν δὲ πόλεμον τὸν πρὸς 4
Ἀθηναίους καὶ τοὺς ξυμμάχους κοινῇ ἀμφοτέρους
πολεμεῖν· ἢν δὲ κατάλυσιν ποιῶνται, κοινῇ ἀμ-

Cap. 37. § 1. *τοῦ βασιλέως* codd. Emend. Bekk: Tam pauca sunt prae reliquorum multitudine exempla, ubi *βασιλεύς* regem Persarum significans articulum habet (Xen. Anab. II 4, 4. 5, 38. Hist. Gr. VII 1, 37. 38. Oec. 4, 15. Isocr. XII 162. Dem. XIX 137), ut merito in suspicionem vocentur.

§ 2. *μήτε φόρους* codd. Emend. Bekk., quia non singula nomina negantia disiunguntur, sed enuntiationes negantes copulantur *μὴ ἰέναι . . . μηδὲ πράσσεσθαι*. Cf. adn. V 47, 2.

Λακεδαιμονίους — Λακεδαιμονίων μηδὲ om. Vat.

μήτε ὧν Vat. Cf. sd. II 49, 5.

βασιλεύς sine articulo Cl. Vat. Mosqu. M., reliqui *ὁ βασ.*

μήτε τοὺς Vat. Mosqu., quasi in superioribus dictum sit *μήτε ἐπὶ Λακεδ.* Cf. sd. II 49, 5. Sed vel neglecta iteratio articuli obstat.

§ 3. *οἱ Λακεδ.* Vat. At vid. paulo post et § 1. 2. 5, item c. 18 et sd. 58, 4.

V 47, 11. — *τοὺς παῖδας τοὺς βασιλέως.* Artaxerxem et Cyrum. „Filios autem regis credibile est ideo in foedere nominatos esse, ut eo post obitum patris obligarentur; apparet enim novum regem non putatum esse teneri actis decessoris, nisi ipse ea probasset.“ Arn.

§ 2. *ἐπὶ ταύτας μὴ ἰέναι.* Haec substituta sunt in locum verborum superioris foederis perniciosissimorum *βασιλέως ἔστω*, 18, 1; sed ne his quidem Graeciae libertati satis consultum esse facile intellegitur. — *φόρους πράσσεσθαι ἐκ τῶν πόλεων τούτων.* Respicitur ad urbes Graecas in Asia sitas et tributa ex his ab Atheniensibus exacta (cf. 5, 5), quod Lacedaemonii vetantur facere. De praepos. cf. adn. 5, 3. Hac condicione Lacedaemonii et socii ve-

φοτέρους ποιεῖσθαι. ὁπόση δ' ἂν στρατιὰ ἐν τῇ χώρᾳ τῇ βασιλέως ᾖ μεταπεμψαμένου βασιλέως, τὴν δαπάνην βασιλέα παρέχειν. ἢν δέ τις τῶν πόλεων ὁπόσαι ξυνέθεντο βασιλεῖ ἐπὶ τὴν βασιλέως ἴῃ χώραν, τοὺς ἄλλους κωλύειν καὶ ἀμύνειν βασιλεῖ κατὰ τὸ δυνατόν· καὶ ἤν τις τῶν ἐν τῇ βασιλέως χώρᾳ ἢ ὅσης βασιλεὺς ἄρχει ἐπὶ τὴν Λακεδαιμονίων ἴῃ ἢ τῶν ξυμμάχων, βασιλεὺς κωλυέτω καὶ ἀμυνέτω κατὰ τὸ δυνατόν."

1 38. Μετὰ δὲ ταύτας τὰς ξυνθήκας Θηριμένης μὲν παραδοὺς Ἀστυόχῳ τὰς ναῦς ἀποπλέων ἐν
2 κέλητι ἀφανίζεται· οἱ δ' ἐκ τῆς Λέσβου Ἀθη-

οἱ Ἀθηναῖοι ἐς Χίον ἀποβάντες Δελφίνιόν τε τει-

Cap. 38. § 1. δὲ om. Vat.

tantur tantum ipsi ex regis urbibus tributa exigere, priore foedere obligabantur, ut adiuvarent regem, ne Athenienses id facerent.

§ 4. ὁπόση δ' ἂν . . . παρέχειν. Hoc est caput praecipuum foederi adiectum. De re cf. Iustin. V 2.

§ 5. ἐν τῇ βασ. χ. . . . ἄρχει. „Distinguit regionem regis Persarum et cui imperet. Differuntne istae? aut qui differunt? Nempe χώρα βασιλέως fuerit Persis, Media, Babylonia, aliae partes Asiae maioris; ὅσης ἄρχει Graecae civitates Ioniae, aliae Asiae minoris, . . . et quicquid ultra Asiam occupatum Persae tenerent . . . Solent talia [distincte dici] in formulis publice sollemnibus, ne fraudi sit locus." Bau.

μῖσαι. Cf. 36 sqq. — ἃς ἂν δύνηται = ὡς ἂν αὐτὰς δύνηται. — ἢν ἀπορῶσι πολλαῖς ναυσὶ τῆς τροφῆς. „Idem genus loquendi est IV 6, 1 τοῦ σίτου ἔτι χλωροῦ ὄντος ἐσπάνιζον τροφῆς τοῖς πολλοῖς. Vid. ad III 98, 1." Duk. Cf. adn. IV 6, 1. — κενωθεισῶν τῶν νεῶν] ἀπολιπόντων αὐτὰς τῶν στρατιωτῶν διὰ τὸ μὴ λαμβάνειν μισθόν. Schol.

§ 2. ὥσπερ, quoniam, ut VII 80, 4. Alterum οὖν post μεταπεμψ. positum sermonem redintegrat (cf. adn. III 95, 1), etsi alibi οὖν, ubi apud Thuc. epanalepsin facit, in longioribus verborum comprehensionibus legitur. Cf. III 95, 1. VI 64, 2. VII 6, 1. — De ἐπανισοῦν verbo cf. Valck. ad Herodot. VIII 13. De hoc consilio Lacedaemoniorum et Atheniensium vires exaequandi prius ab Alcibiade dato dicunt Diod. XIII 37, 4 et Iust. V 2, 12. Add. infra 87, 4.

Cap. 58. § 1. τρίτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει Δαρείου βασιλεύοντος. „Quando Dareus regnare coeperit, ex Thuc. colligere licet, qui eum hieme Calliae archontis, circiter Ianuario 411, tertio decimo anno regnasse tradit; quod testimonium egregie cum Canonis notatione convenit, a quo primus thoth Darei Nothi ponitur Dec. 7 dies 424 a. C. n. ipsis duodecim annis et duobus mensibus ante tempus, quo Thucydides foedus factum esse scribit." Clint. Fast. Hellen. p. 327 ed. Krueg., ubi vide plura. — ἐν Μαιάνδρου πεδίῳ. Cf. III 19 et Strab. p. 648. —

καὶ Ἱεραμένη καὶ τοὺς Φαρνάκου παῖδας περὶ
τῶν βασιλέως πραγμάτων καὶ Λακεδαιμονίων καὶ
2 τῶν ξυμμάχων. χώραν τὴν βασιλέως ὅση τῆς Ἀσίας
ἐστὶ βασιλέως εἶναι· καὶ περὶ τῆς χώρας τῆς ἑαυ-
3 τοῦ βουλευέτω βασιλεὺς ὅπως βούλεται. Λακε-
δαιμονίους δὲ καὶ τοὺς ξυμμάχους μὴ ἰέναι ἐπὶ
χώραν τὴν βασιλέως ἐπὶ κακῷ μηδενί, μηδὲ
βασιλέα ἐπὶ τὴν Λακεδαιμονίων χώραν μηδὲ τῶν
4 ξυμμάχων ἐπὶ κακῷ μηδενί. ἢν δέ τις Λακεδαι-
μονίων ἢ τῶν ξυμμάχων ἐπὶ κακῷ ἴῃ ἐπὶ τὴν
βασιλέως χώραν, Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμά-
χους κωλύειν· καὶ ἤν τις ἐκ τῆς βασιλέως ἴῃ ἐπὶ
κακῷ ἐπὶ Λακεδαιμονίους ἢ τοὺς ξυμμάχους, βα-
5 σιλεὺς κωλυέτω. τροφὴν δὲ ταῖς ναυσὶ ταῖς νῦν
παρούσαις Τισσαφέρνη παρέχειν κατὰ τὰ ξυγκεί-
6 μενα μέχρι ἂν αἱ νῆες αἱ βασιλέως ἔλθωσι. Λα-

Cap. 58. § 1. *τῶν Λακεδ.* altero loco Vat. contra consuetudinem alibi in hoc pacto observatam. Cf. ad § 4.

§ 2. *βασιλευέτω* Vat. Gr. Lugd. Laur. Ar. et a corr. Cass., cui obstat *περί* praepositio.

§ 3. Alterum *χώραν*, quod a pacti verbositate haud alienum est, om. pars codd. (habet Vat.)

§ 4. *τοὺς* ante alterum *Λακεδαιμονίους* addunt aliquot codd. praeter Vat. Sed usquequaque in hoc foedere et in similibus *Λακεδ. καὶ οἱ ξύμμ.* leguntur, non *οἱ Λακεδ. καὶ οἱ ξύμμ.* Cf. sd. 37, 3. 58, 1.

Ἱεραμένη καὶ τοὺς Φαρνάκου παῖδας. De Hieramene vid. Xen. Hist. Gr. II 1, 9 ibique Schneid. „Sororem Darei in matrimonium duxerat et probabile est eum in aliquo munere in Asia *τῇ κάτω* fuisse eiusque nomen foederi inscriptum esse ut affinis regi. Filii Pharnacis sunt Pharnabazus [6, 1] eiusque fratres, quorum nonnullos cum Pharnabazo praefecturae Dascylitidis [cf. adn. I 129, 1] consortes fuisse existimare debemus.“ Arn. At Krueger ad Dion. p. 353 Pharnacis I (I 129, 1) posteros quosdam, non Pharnacis II (II 67, 1. V 1. VIII 6, 1) filios vult intellegi.

§ 2. *ὅση τῆς Ἀσίας ἐστί.* Ergo melius certe quam superioribus foederibus (18, 1 et 37, 2) res definita est. Cf. 43, 3. Sed Iones et alias Asiae civitates Graecas regi prodiderunt.

§ 5. *κατὰ τὰ ξυγκείμενα.* De his disputant Krueg. ad Dion. p. 355 et Herbst. de reditu Alcib. p. 8, ex quibus ille, cui favere videtur Thirlw. Hist. Gr. III p. 40, ad generale promissum 5, 5 et 37, 4 significatum ea refert, hic recte videtur docere respici ad ea, quae Tissaphernes supra 29, 2 cum Peloponnesiis pepigerit. — *αἱ νῆες αἱ βασιλέως* scil. *αἱ Φοίνισσαι.* Cf. 59, 1.

κεδαιμονίους δὲ καὶ τοὺς ξυμμάχους, ἐπὴν αἱ βασιλέως νῆες ἀφίκωνται, τὰς ἑαυτῶν ναῦς ἢν βούλωνται τρέφειν, ἐφ' ἑαυτοῖς εἶναι· ἢν δὲ παρὰ Τισσαφέρνους λαμβάνειν ἐθέλωσι τὴν τροφήν, Τισσαφέρνη παρέχειν, Λακεδαιμονίους δὲ καὶ τοὺς ξυμμάχους τελευτῶντος τοῦ πολέμου τὰ χρήματα Τισσαφέρνει ἀποδοῦναι ὁπόσα ἂν λάβωσιν. ἐπὴν 7
δὲ αἱ βασιλέως νῆες ἀφίκωνται, αἵ τε Λακεδαιμονίων νῆες καὶ αἱ τῶν ξυμμάχων καὶ αἱ βασιλέως κοινῇ τὸν πόλεμον πολεμούντων καθ' ὅ τι ἂν Τισσαφέρνει δοκῇ καὶ Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς ξυμμάχοις. ἢν δὲ καταλύειν βούλωνται πρὸς Ἀθηναίους, ἐν ὁμοίῳ καταλύεσθαι."

Τισσαφέρνους παρασκευαί.

59. *Αἱ μὲν σπονδαὶ αὗται ἐγένοντο. καὶ μετὰ ταῦτα παρεσκευάζετο Τισσαφέρνης τάς τε Φοινίσ-*

§ 6. *κωλύειν τελευτῶντος* inepte Aug. Pal. It. Vat.
§ 7. Prius *δὲ* om. Vat.
τοῖς Ἀθηναίοις It. Pal. Aug. M. Cass. Cl. Ven. Sed quanquam dat. ad *καταλύειν* aptus est, tamen Atheniensium nomini non magis in hoc pacto videtur articulus additus esse quam Lacedaemoniorum.
Cap. **59.** *τοιαῦται* Vat. Ar. „Vulgo *αὗται*, et recte quidem; nam ipsa verba foederis rettulit." Goell. Cf. adn. 19, 1.
ταύτας Vat. et Valla post quas (pactiones). „Bekk. conferri iubet c. 17. Ibi nihil est, quod conferri possit, sed c. 19 ite-

§ 6. *ἐφ' ἑαυτοῖς εἶναι*, in sua esse potestate, sibi licere. Cf. adn. 49, 6. Usitatius diceretur *ἐπὶ δὲ τοῖς Λακεδαιμονίοις εἶναι τρέφειν τὰς ναῦς*, sed ita sententia incipit, quasi in fine eius secuturum sit *μὴ κωλύεσθαι*, atque est accusativi pro subiecto positi haec ratio eadem atque nominativi in exemplis a Kuehn. Gr. max. § 356, 6 allatis. — *ἐπήν*. Cf. V 47, 6. adn. V 18, 4. — *τελευτῶντος τοῦ πολέμου*, finito bello; ut dicitur *ὁ χειμὼν ἐτελεύτα* in singulorum annorum clausulis, i. e. finem habuit. — *ὁπόσα ἂν λάβωσιν*. „Post adventum Persicae classis." Dobr.

§ 7. *ἢν δὲ ... καταλύεσθαι*] *ἐὰν ἐθέλωσι, φησί, πρὸς Ἀθηναίους διαλλάττεσθαι, ἀμφότεροι διαλλαττέσθωσαν.* Schol. „Thuc. V 47, 3 *καταλύειν δὲ μὴ ἐξεῖναι τὸν πόλεμον πρὸς ταύτην τὴν πόλιν μηδεμιᾷ τῶν πόλεων.* [Plenum loquendi genus *καταλύειν τὸν πόλεμον* legi etiam IV 108, 8. VII 31, 4 admonet Arn., et *κατάλυσιν τοῦ πολέμου πρὸς Ἀθηναίους ποιεῖσθαι* VIII 18, 2 comparat Did.]. *Καταλύειν* sine casu nominis est etiam V 17, 2 et 23, 1." Duk. Certe V 23 bis § 1 et 2; nam V 17, 2, ut hic paulo post, *καταλύεσθαι* invenitur, quod sic dictum frequentius est. Vid. adn. IV 18, 4.

Cap. **59.** *τάς τε Φοινίσσας ... εἴρητο.* Cf. 46, 1.

σας ναῦς ἄξων, ὥσπερ εἴρητο, καὶ τἆλλα ὅσαπερ ὑπέσχετο, καὶ ἐβούλετο παρασκευαζόμενος γοῦν δῆλος εἶναι.

1 60. Βοιωτοὶ δὲ τελευτῶντος ἤδη τοῦ χειμῶνος Ὠρωπὸν εἷλον προδοσίᾳ Ἀθηναίων ἐμφρουρούντων. ξυνέπραξαν δὲ Ἐρετριέων τε ἄνδρες καὶ αὐτῶν Ὠρωπίων ἐπιβουλεύοντες ἀπόστασιν τῆς Εὐβοίας· ἐπὶ γὰρ τῇ Ἐρετρίᾳ τὸ χωρίον ὂν ἀδύνατα ἦν Ἀθηναίων ἐχόντων μὴ οὐ μεγάλα βλάπτειν καὶ
2 Ἐρέτριαν καὶ τὴν ἄλλην Εὔβοιαν. ἔχοντες οὖν ἤδη τὸν Ὠρωπὸν ἀφικνοῦνται ἐς Ῥόδον οἱ Ἐρετριῆς, ἐπικαλούμενοι ἐς τὴν Εὔβοιαν τοὺς Πελοποννησίους. οἱ δὲ πρὸς τὴν τῆς Χίου κακουμένης βοήθειαν μᾶλλον ὥρμηντο, καὶ ἄραντες πά-
3 σαις ταῖς ναυσὶν ἐκ τῆς Ῥόδου ἔπλεον. καὶ γενόμενοι περὶ Τριόπιον καθορῶσι τὰς τῶν Ἀθηναίων ναῦς πελαγίας ἀπὸ τῆς Χάλκης πλεούσας· καὶ ὡς οὐδέτεροι ἀλλήλοις ἐπέπλεον, ἀφικνοῦνται οἱ μὲν ἐς τὴν Σάμον, οἱ δὲ ἐς τὴν Μίλητον, καὶ ἑώρων οὐκέτι ἄνευ ναυμαχίας οἷόν τε [εἶναι] ἐς τὴν Χίον βοηθῆσαι. καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα οὗτος, καὶ εἰκοστὸν ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψεν.

Βοιωτοὶ μὲν Ὠρωπόν, Ἐρετριέων τινῶν, οἳ ἀπόστασιν ἐνεθυμοῦντο, ξυμπραξάντων, αἱροῦσιν· οἱ δ' ἐκ Ῥόδου Πελοποννήσιοι ἐς Χίον βοηθήσοντες ἐς Μίλητον ἀφικνοῦνται.

rum legitur ἡ μὲν ξυμμαχία αὕτη ἐγένετο. μετὰ δὲ ταῦτα [sive τοῦτο] etc. Quare vulgatam restitui." Goell.

In plerisque libris praeter Vat. male οὖν. Γοῦν similiter atque hic legitur IV 85, 4. V 40, 2. VII 47, 3.

Cap. 60. § 3. περὶ τὸ Τριόπιον omnes praeter Vat.

ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ τῷδε ut II 70, 5 omnes praeter Vat. Cf. ad. III 25, 2.

Cap. 60. § 1. ἐπιβουλεύοντες. Cf. adn. VI 54, 3. — ἐπὶ γὰρ τῇ Ἐρετρίᾳ τὸ χωρίον ὄν] ἀντὶ τοῦ ἐπικείμενον γὰρ τῇ Ἐρετρίᾳ. Schol. Τὸ χωρίον est accusativus subiecti verbi βλάπτειν. — μὴ οὐ. Cf. adn. I 141, 5 et Krueg. Gr. § 67, 12 adn. 6. Madv. Synt. § 211 a.

§ 2. οἱ Ἐρετριῆς, i. e. οἱ Ἐρετριέων ἄνδρες οἱ ξυμπράξαντες τοῖς Βοιωτοῖς.

§ 3. Τριόπιον. Cf. adn. 35, 2. — πελαγίας. Cf. adn. 39, 3. — [εἶναι] del. Krueg., quod saepissime cum partic., nusquam praeter hunc locum cum infin. Th. ὁρᾶν iungit. Neque ad infin. h. l. defendendum sufficere videntur Dion. Ant. XI 16 et Jos. B. I. III 7, 15. Cf. II 45, 1. V 66, 1.

Δερκυλίδας μὲν ἐφ' Ἑλλήσποντον παραπέμπεται, Χῖοι δὲ Λέοντα ἄρχοντα λαβόντες οὐ κακῶς ναυμαχοῦσι.

1 61. Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους ἅμα τῷ ἦρι εὐθὺς ἀρχομένῳ Δερκυλίδας τε, ἀνὴρ Σπαρτιάτης, στρατιὰν ἔχων οὐ πολλὴν παρεπέμφθη πεζῇ ἐφ' Ἑλλησπόντου Ἄβυδον ἀποστήσων (εἰσὶ δὲ Μιλησίων ἄποικοι), καὶ οἱ Χῖοι, ἐν ὅσῳ αὐτοῖς ὁ Ἀστύοχος ἠπόρει ὅπως βοηθήσοι, ναυμαχῆσαι πιεζόμενοι τῇ πολιορκίᾳ ἠναγκάσθησαν. 2 ἔτυχον δὲ ἔτι ἐν Ῥόδῳ ὄντος Ἀστυόχου ἐκ τῆς Μιλήτου Λέοντά τε, ἄνδρα Σπαρτιάτην, ὃς Ἀντισθένει ἐπιβάτης ξυνεξῆλθε, τοῦτον κεκομισμένοι μετὰ τὸν Πεδαρίτου θάνατον ἄρχοντα καὶ ναῦς δώδεκα, αἳ ἔτυχον

Cap. 61. § 1. ἐφ' vel ἐς Ἑλλήσποντον omnes praeter Vat. Cf. adn. I 60, 3.
§ 2. ξυνῆλθε It. Vat. Aug. et aliquot alii.
δέκα male Vat., ut docet proxima computatio.

Cap. 61. § 1. Δερκυλίδας. Vir rebus postea adversus Persas gestis notissimus alibi plerumque vocatur Δερκυλλίδας. „Simplex tamen λ plus habere videtur et auctoritatis et ab nom. Δερκυλίς et Δερκύλος commendationis.“ Dind. in Steph. Thes. — παρεπέμφθη, scil. ἐκ τῆς Μιλήτου. Vid. 62, 1. — εἰσί, scil. Abydi incolae. — Μιλησίων ἄποικοι. Consentiunt Strab. Athen. al. praeter Scymnum. Vid. Forbig. Geogr. ant. II p. 132. — ἐν ὅσῳ = ἐν ᾧ.

§ 2. Ἀντισθένει. Vid. 39, 2. — ἐπιβάτης. Krueger ad Dion. p. 300 et Stud. hist. II p. 232 vult esse inferioris ordinis ducem ἐπιστολέως similem. Sed ἐπιστολεύς sub nauarcho imperium gerebat (cf. Schoemann. Antiqu. I p. 261), Leon autem comes et consiliarius Antistheni videtur additus fuisse οὐ τριήραρχος οὐδ' ἄλλην ἀρχὴν ἔχων (schol.). Nam praeter sociorum naves unam Lacedaemoniorum, quae infra Λέοντος μία vocatur, eamque στρατηγίδα tum demum regendam accepit, postquam dux factus est. Cf. Xen. Hist. Gr. I 3, 17. Schoem. l. l. p. 383. Frustra igitur A. de Velsen Sched. crit. p. 25sqq., ut Antisthenis vicarius significaretur, ἐπιστάτης coniecit. Neque is eam vocem vicarium significare posse exemplis comprobavit. De usitatiore vi ἐπιβάτου vocis vid. adn. III 95, 2. — τοῦτον. De pronomine demonstr. ad Λέοντα respiciente cf. adn. V 91, 1. — τὸν Πεδαρίτου θάνατον. Vid. 55, 3. — ναῦς δώδεκα. Hae duodecim naves sine dubio ex XCIV Astyochi navibus (44, 2) erant. Certe et Thurias et Syracusanas naves inter has fuisse audivimus (cf. 35, 1 et 26, 1 cum adn. 44, 2); Milesia autem et Anaeitis fortasse pro navibus vulneratis, quae refici non possent (cf. adn. 44, 2), substitutae sunt. Sed non possunt duodecim naves cum Astyochus Mileto primum decessit (41, 1) relictae esse, quia Cnidi omnes simul Peloponnesiorum naves fuisse 43, 2 narrantur et XCIV navium Rhodum profectarum numerus omnes complectitur (cf. adn. 44, 2); videntur igitur Rhodo Miletum

φύλακες Μιλήτου οὖσαι, ὧν ἦσαν Θούριαι πέντε
καὶ Συρακόσιαι τέσσαρες καὶ μία Ἀναιῖτις καὶ μία
3 Μιλησία καὶ Λέοντος μία. ἐπεξελθόντων δὲ τῶν
Χίων πανδημεὶ καὶ καταλαβόντων τι ἐρυμνὸν χω-
ρίον καὶ τῶν νεῶν αὐτοῖς ἅμα ἓξ καὶ τριάκοντα
ἐπὶ τὰς τῶν Ἀθηναίων δύο καὶ τριάκοντα ἀναγα-
γομένων ἐναυμάχησαν· καὶ καρτερᾶς γενομένης ναυ-
μαχίας οὐκ ἔλασσον ἔχοντες ἐν τῷ ἔργῳ οἱ Χῖοι
καὶ οἱ ξύμμαχοι (ἤδη γὰρ καὶ ὀψὲ ἦν) ἀνεχώρη-
σαν ἐς τὴν πόλιν.

Δερκυλίδας Ἄβυδον ἀφίστησι καὶ ὕστερον καὶ Λάμψακον. ταύτην δὲ Στρομβιχίδης αναλαβὼν Σηστὸν φρούριον καθίσταται.

1 62. Μετὰ δὲ τοῦτο εὐθὺς τοῦ Δερκυλίδου
πεζῇ ἐκ τῆς Μιλήτου παρεξελθόντος, Ἄβυδος ἐν
τῷ Ἑλλησπόντῳ ἀφίσταται πρὸς Δερκυλίδαν καὶ
Φαρνάβαζον, καὶ Λάμψακος δυοῖν ἡμέραιν ὕστερον.
2 Στρομβιχίδης δὲ ἐκ τῆς Χίου πυθόμενος κατὰ
τάχος βοηθήσας ναυσὶν Ἀθηναίων τέσσαρσι καὶ
εἴκοσιν, ὧν καὶ στρατιώτιδες ἦσαν ὁπλίτας ἄγου-
σαι, ἐπεξελθόντων τῶν Λαμψακηνῶν μάχῃ κρατή-
σας καὶ αὐτοβοεὶ Λάμψακον ἀτείχιστον οὖσαν
ἑλών, καὶ σκεύη μὲν καὶ ἀνδράποδα ἁρπαγὴν
ποιησάμενος, τοὺς δὲ ἐλευθέρους πάλιν κατοικίσας,

§ 3. *σχόντες* Vat. At vid. adn.
Χῖοι sine articulo Vat.

praesidii causa remissae esse. Ita si est, hoc suo loco non memoravit Th., quod sane fecisset, si ab omni parte perpolita esset eius historia. Remissis autem his navibus Rhodi remanebant LXXXII. — **Θούριαι.** Cf. 35, 1. — **Ἀναιῖτις.** Cf. adn. III 19, 2.

§ 3. **οὐκ ἔλασσον ἔχοντες** hic et III 5, 2. IV 25, 6 eodem modo dictum est quo **νικῶντες** VII 34, 7. Cf. adn. I 105, 6. — **καὶ ὀψὲ ἦν**, praeter finitam pugnam e t i a m s e r u m e r a t.

Cap. **62.** § 1. **παρεξελθόντος.** „P r a e t e r o r a m m a r i t i m a m in **παρά** quaerit Abr." B a u. Recte. Cf. 61, 1 **παρεπέμφθη πεζῇ.** Deinde **ἐν** dictum est, quia Hellespontus nomen est terrae tractus.

§ 2. **ἐκ τῆς Χίου** refer ad **βοηθήσας.** Cf. 30, 2. — **τέσσαρσι καὶ εἴκοσιν.** Octo igitur apud Chium reliquit; nam conflixerat duabus et triginta. Vid. 61, 3. Quare infra 64, 2 Diitrephes circa Chium versari dicitur. — **στρατιώτιδες . . . ὁπλίτας ἄγουσαι.** Alibi una voce **ὁπλιταγωγοί.** Numerum harum navium computare studet Herbst. de redit. Alcib. p. 55. — **ἀτείχιστον οὖσαν.** Cf. adn. 35, 3. — **σκεύη . . . ἁρπαγὴν ποιησάμενος.** Vid. adn. 41, 2.

ἐπ' Ἄβυδον ἦλθε. καὶ ὡς οὔτε προσεχώρουν οὔτε 3
προσβάλλων ἐδύνατο ἑλεῖν, ἐς τὸ ἀντιπέρας τῆς
Ἀβύδου ἀποπλεύσας Σηστὸν πόλιν τῆς Χερσονή-
σου, ἥν ποτε Μῆδοι εἶχον, καθίστατο φρούριον
καὶ φυλακὴν τοῦ παντὸς Ἑλλησπόντου.

Ἀστύοχος ἐπίπλουν τῇ Σάμῳ ποιεῖται.

63. Ἐν τούτῳ δὲ οἱ Χῖοί τε θαλασσοκρά- 1
τορες μᾶλλον ἐγένοντο καὶ οἱ ἐν τῇ Μιλήτῳ καὶ
ὁ Ἀστύοχος πυθόμενος τὰ περὶ τῆς ναυμαχίας
καὶ τὸν Στρομβιχίδην καὶ τὰς ναῦς ἀπεληλυθότα
ἐθάρσησε. καὶ παραπλεύσας δυοῖν νεοῖν Ἀστύοχος 2
ἐς Χίον κομίζει αὐτόθεν τὰς ναῦς, καὶ ξυμπάσαις

Cap. **62.** § 3. *προσβαλὼν* omnes praeter Vat. Sed plures impetus videntur facti esse.

τότε plerique praeter Vat. Sed nimis remotum est I 89, 2, quam quo hic commode *τότε* adverbio respici possit.

Cap. **63.** § 1. *ἐν τούτῳ δὲ* om. Vat.

τῆς ναυμαχίας Ven. Vat. C. E., reliqui *τὴν ναυμαχίαν*. Cf. VIII 26, 2 *ἐβούλοντο εἰδέναι τὰ περὶ τῆς Μιλήτου* et adn. VI 32, 3. VIII 14, 2.

ἀπεληλυθότας E., *ἀπεληλυθυίας* D., quod Reisk. malebat. At vid. Matth. Gr. § 441. Krueg. Gr. § 58, 2 adn. 2 et supra adn. IV 112, 3.

§ 3. *ἐς τὸ ἀντιπέρας.* Haec verba non premenda sunt, cum Herod. VII 33 auctor sit *ἀκτὴν τρηχέαν*, quae adversus Abydum fuerit, inter hanc et Madytum sitam fuisse. — *ἥν ποτε Μῆδοι εἶχον.* Vid. I 89. 2.

Cap. **63.** § 1. *Μιλήτῳ.* Hic colon ponit Valck. ad Herodot. V 36, sed recte repugnat Krueg. ad Dion. p. 301. „*Οἱ ἐν τῇ Μιλήτῳ καὶ Ἀστύοχος* eodem modo iunguntur ut III 33, 2 *ὁ Πάχης καὶ οἱ Ἀθηναῖοι.* — Nec offendere debet quod non sequitur *πυθόμενοι ἐθάρσησαν.*“ Krueg. ad Dionys. p. 301. Verbum enim propiori nomini accommodatum est, ut 81, 1. Cf. Matth. Gr. § 304 sq. Madv. Synt. § 2 adn. 1. — *ἐθάρσησε.* De aoristo incohativo cf. adn. VII 49, 1.

§ 2. *κομίζει αὐτόθεν,* scil. *ἐκ Χίου.* Astyochus naves Chio Miletum deduxit, ut ibi cum suis eas coniungeret et indidem coniuncta classe contra Samum proficisceretur. Sine causa Class. in *δυοῖν* numero offendit, quod credibile non sit duabus tantum Peloponnesiorum navibus Astyochum Samum profectum esse. Nam ex nostra interpretatione cum tota Peloponnesiorum classe expeditionem contra Samum suscepit, et locum ita, ut nos fecimus, interpretari licere ipse Class. confitetur. — *τὰς ναῦς.* Cum 79, 1 CXII Astyochi classis naves numerentur, neque duodecim naves auxiliares (61, 2) possunt significari neque omnes qui Chii erant XXXVI naves (61, 3). Nam XII naves Miletum ablegatae si rursus accedunt ad LXXXII naves, quas Astyochus post earum discessum Rhodi habebat (cf. adn. 61, 2), iterum efficitur

ἤδη ἐπίπλουν ποιεῖται ἐπὶ τὴν Σάμον· καὶ ὡς αὐτῷ διὰ τὸ ἀλλήλοις ὑπόπτως ἔχειν οὐκ ἀντανήγοντο, ἀπέπλευσε πάλιν ἐς τὴν Μίλητον.

3 Ὑπὸ γὰρ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ ἔτι πρότερον ἡ ἐν ταῖς Ἀθήναις δημοκρατία κατελέλυτο. ἐπειδὴ γὰρ οἱ περὶ τὸν Πείσανδρον πρέσβεις παρὰ τοῦ Τισσαφέρνους ἐς τὴν Σάμον ἦλθον, τά τε ἐν αὐτῷ τῷ στρατεύματι ἔτι βεβαιότερον κατέλαβον, καὶ [αὐτῶν] τῶν Σαμίων προυτρέψαντο τοὺς δυνα- οἱ δὲ περὶ τὸν Πείσανδρον καὶ οἱ ἄλλοι οἱ ἐν τῇ Σάμῳ ξυνωμόται ὀλιγαρχίαν καταστῆσαι βουλεύονται.

§ 3. αὐτῶν om. M.
προυτρέψαντο Vat., προτρέψαντος Gr. E., προτρέψαντες C., reliqui προυτρεψάντων vel προτρεψάντων. Uno praeter hunc loco Th. hoc verbum habet (V 16, 3) ibique activum; sed de medio cf. Herod. I 31. Soph. OR. 358. Plat. Legg. 711 b. 871 b.
δυνατοὺς omnes praeter Vat. Cf. adn.

XCIV navium numerus; illis autem LXXXII navibus si XXXVI accedunt, non solum CXVIII evadunt, sed etiam, cum octo Atheniensium naves Chii relictae sint (cf. adn. 62, 2), veri non est simile Chium tota classe Samum profecta navium praesidio prorsus destitutam esse. Quae cum ita sint, articulum τάς ex postrema τριάκοντα numeri syllaba ortum esse putamus. Ita enim non solum ipse CXII navium numerus completur, sed etiam sex naves Chii ad observandas octo Atheniensium naves remanent. Krueg. Th. solito more τὰς αὐτόθεν ναῦς scripsisse vult, quo iusta navium significatio non restituitur.

§ 3. ὑπὸ γάρ . . . Causa affertur τοῦ ἀλλήλοις ὑπόπτως ἔχειν. — τοῦτον τὸν χρόνον καὶ ἔτι πρότερον. Haec referenda esse ad tempus rerum ab Astyocho gestarum cum patet tum docet Clint. Fast. Gr. p. XLII. Conspectum rerum mutandae civitatis causa et Athenis et Sami motarum dedit Manso Spart. II p. 474. Cf. Wattenbach. de Quadring. p. 29. — ἐν ταῖς Ἀθήναις. Krueger, ut de rebus Sami gestis sermo esset, ἐν τοῖς Ἀθηναίοις coniecit deinde tuens vulgatam κατελύετο ex libris paene omnibus in κατελέλυτο mutatam. Eadem de causa ἡ ἐν ταῖς Ἀθήναις ἡ δημοκρατία I. Brandis (Mus. Rhen. IX p. 637) legere voluit. Sed librorum scriptura recte se habet, si γάρ post ἐπειδή positum non ad proximum ambitum, sed ad totam mutatae reipublicae narrationem pertinere censemus. — παρὰ τοῦ Τισσαφέρνους, a Tissapherne reversi. Cf. 56, 1. — τά τε . . . βεβαιότερον κατέλαβον. „Portum [res in castris longe firmius obstrinxerunt interpretatum] aliis melius percepisse sententiam arbitror et Thucydidem hoc velle, Pisandrum et ceteros legatos Atheniensium a Tissapherne Samum reversos factionem apud exercitum confirmasse et conspiratos arctioribus quibusdam vinculis inter se adstrinxisse. Nam καταλαμβάνειν etiam est adstringere, obligare, ut in iis, quae e Thuc. I 9, 1 et IV 86, 1 profert Steph. in Thes., ὅρκοις καταλαμβάνειν." Duk. Itaque non opus est Dobr. coniectura βεβαιότερα. Cf. L. Herbst. in Philol. XXIV p. 626. — [αὐτῶν]

τωτάτους ὥστε πειρᾶσθαι μετὰ σφῶν ὀλιγαρχηθῆναι, καίπερ ἐπαναστάντας αὐτοὺς ἀλλήλοις ἵνα μὴ ὀλιγαρχῶνται. καὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς ἅμα οἱ ἐν τῇ 4 Σάμῳ τῶν Ἀθηναίων κοινολογούμενοι ἐσκέψαντο Ἀλκιβιάδην μέν, ἐπειδήπερ οὐ βούλεται, ἐᾶν (καὶ γὰρ

ὥσπερ Vat. ex prima syllaba insequentis πειρᾶσθαι ortum. In multis libris mss. praeter Vat. aut ἐπαναστάντες αὐτοὶ aut ἐπαναστάντες αὐτοῖς. Servato superiore προτρεψάντων nominativos recepit Krueger comparans Gr. § 45, 2 adn. 3 et Herodot. I 51. Sed licet ita nominativus ad genet. absol. referri possit, contraria tamen sunt quae de eadem re 73, 2 narrantur. Cf. adn.

§ 4. Prius ἐν om. Reg. Cf. tamen adn.

τῶν Σαμίων. Pron. αὐτῶν, quod om. M., propter praegressum αὐτῷ, quo ipse Atheniensium qui Sami erat excercitus incolis insulae opponitur, ferri nequit. Class. de sua coniectura potius αὐτῷ delendum esse existimavit. Sed prorsus non perspicimus, cur minus exercitus Samiis quam Samii exercitui opponi queant. — τοὺς δυνατωτάτους hoc loco cum Vat. legendum est. Nam non optimates (cf. ad. et adn. 21), sed qui tum potentissimi erant (cf. adn. 47, 2) primores factionis popularis significantur, ut ex 73, 2, ubi eadem res memoratur, apparet. Cf. ibi adn. — ὥστε verbum προτρέπεσθαι similiter atque πείθειν sequitur. Cf. Matth. Gr. § 531 adn. 2. — καίπερ . . . ἀλλήλοις. Haec ad τοὺς δυνατωτάτους referri nequeunt. Quanquam enim antea primores factionis popularis paucorum imperio adversati sunt, tamen non inter se (ἀλλήλοις), sed in optimates seditionem moverunt. Et prorsus inutiliter sic additur αὐτούς. Sed hoc ea ipsa de causa additum est, ne ad ipsos τοὺς δυνατωτάτους haec verba referantur, sed ad omnes Samios pertineant. Itaque accus. ἐπαναστάντας αὐτοὺς quanquam ad τοὺς δυνατωτάτους applicatus tamen maiore ambitu ad omnes Samios spectat. Similia habes IV 118, 14, ubi cf. adn., et I 61, 3, ubi verborum ἐπολιόρκησαν et ἀπανίστανται subiectum ita amplificatum est, ut simul τοὺς προτέρους χιλίους complectatur. Frustra Class. opponit ἐπανάστασιν factam esse non ab universa Samiorum civitate sed ὑπὸ τοῦ δήμου (21, ubi cf. adn.); nam si qui inter se (ἀλλήλοις) seditionem movent, partis cum parte contentionem fieri ex se intellegitur. Quod autem A. de Velsen (Sched. crit. 27 sqq.) ἐπαναστήσαντες αὐτοὺς coniecit, non solum supersedemus ex nostra interpretatione hac verborum mutatione, sed etiam non οἱ περὶ τὸν Πείσανδρον πρέσβεις, ad quos ἐπαναστήσαντες refertur, excitaverunt seditionem, sed facta est μετὰ Ἀθηναίων οἳ ἔτυχον ἐν τρισὶ ναυσὶ παρόντες (21).

§ 4. ἐν σφίσιν αὐτοῖς, inter se. Cf. adn. IV 25, 9. — ἐσκέψαντο . . . ἐᾶν. „Recte interpres ἐσκέψαντο vertit statuerunt. Aristid. t. I p. 249 ἐσκέψαντο μεταστῆσαι πρὸς ἑαυτοὺς τὴν πόλιν. Hesychius hoc ipso forsitan ex loco ἐσκέψαντο· ἔγνωσαν." Abr. Est emphasis a Porto recte explanata

οὐκ ἐπιτήδειον αὐτὸν εἶναι ἐς ὀλιγαρχίαν ἐλθεῖν), αὐτοὺς δὲ ἐπὶ σφῶν αὐτῶν, ὡς ἤδη καὶ κινδυνεύοντας, ὁρᾶν ὅτῳ τρόπῳ μὴ ἀνεθήσεται τὰ πράγματα, καὶ τὰ τοῦ πολέμου ἅμα ἀντέχειν, καὶ ἐσφέρειν αὐτοὺς ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων προθύμως χρήματα καὶ ἤν τι ἄλλο δέῃ, ὡς οὐκέτι ἄλλοις ἢ σφίσιν αὐτοῖς ταλαιπωροῦντας.

1 64. Παρακελευσάμενοι οὖν τοιαῦτα τὸν μὲν Πείσανδρον εὐθὺς τότε καὶ τῶν πρέσβεων τοὺς ἡμίσεις ἀπέστελλον ἐπ' οἴκου πράξοντας τἀκεῖ, καὶ εἴρητο αὐτοῖς τῶν ὑπηκόων πόλεων αἷς ἂν προσσχῶσιν ὀλιγαρχίαν καθιστάναι· τοὺς δ' ἡμίσεις ἐς τἆλλα τὰ ὑπήκοα χωρία ἄλλους ἄλλῃ διέπεμπον.

καὶ Πείσανδρος μὲν Ἀθήνας ἀπ στέλλεται, Διειτρέφης δὲ ἐς τὰ ἐπ Θράκης. τ ἐν Θάσῳ ξυν βάντα, ἤπει

Cap. 64. § 1. προσσχῶσιν Vat., προσέσχωσιν It. Aug. Pal. Cass., reliqui προσίσχωσιν, nisi quod ἴσχωσιν Gr. B. C. E. F. I.

verbis σκεπτόμενοι, i. e. τὰ πράγματα σκοποῦντες ἔγνωσαν. — ἐᾶν, missum facere. Cf. adn. III 44, 2. — οὐκ ἐπιτήδειον αὐτὸν εἶναι. Quod sibi privatim summum locum peteret, vehemens, impotens, inconstans esset. — αὐτοὺς δὲ . . . κινδυνεύοντας. Exspectaveris αὐτοὶ δὲ . . . κινδυνεύοντες. „Sed αὐτούς mihi posuisse videtur, quia in ἐσκέψαντο ἐᾶν notio verbi χρῆναι inclusa latet." Goell. Aut ex ἐσκέψαντο mente repetendum ἔδοξε. — ἀνεθήσεται. Recte Port. remitterentur, male Haas. perderentur. — τὰ τοῦ πολέμου ἅμα ἀντέχειν, in rebus bellicis perdurare. Cum plerumque interpretentur res bellicas sustinere, ἀνέχειν coniecerunt Reisk. et Bloomf. Sed sustinendi vim medium ἀνέχεσθαι habet et emendatione opus non est, si τὰ τοῦ πολέμου non obiecti, sed relationis accus. esse statuimus, qualis cum eodem verbo iunctus est apud Herod. VII 58 οὐκ ἀντισχόντα . . . τὸ ῥέεθρον. Cf. 86, 7 τἆλλα ἐκέλευεν ἀντέχειν.

Cap. 64. § 1. ἡμίσεις. In Aug. et malis quibusdam libris ἡμίσεας. „Thomas dicit hoc nomen in accusativo plurali tam masc. quam fem. gen. utraque forma efferri et ex hoc loco affert τῶν πρέσβεων τοὺς ἡμίσεις, e c. 8 τὰς ἡμίσεας [nunc ἡμισείας, vid. sd. 8, 3] τῶν νεῶν. Addit tamen: κάλλιον δὲ τὸ ἀσυναίρετον. Sed rursus Thuc. IV 42, 4 τοὺς ἡμίσεις αὐτῶν." Duk. Etiam de Xenophonte falluntur Wass. ad h. l. et Matth. Gr. § 119, 4; nam τοὺς ἡμίσεις legitur apud Xen. Anab. IV 2, 9. Cyr. II 1, 6. 3, 17. 4, 22. 24. Ag. 2, 2 ut in Plat. Legg. 756e. 946a. 948d. Thomas haud dubie confudit flexiones ἡμίσεος et ἡμίσεα, quae apud meliores non facile contrahuntur. — ἀπέστελλον. De imperfecto vid. adn. I 26, 1. V 21, 1. — ἐς τἆλλα τὰ ὑπήκοα. Bekk. ἔς τ' ἄλλα scripsit commate post διέπεμπον posito. Sed sic necesse esset τὰ ἐπὶ Θρᾴκης non inter τὰ ὑπήκοα fuisse.

ἰς δημοκρατίας ἀναιρεθείσης ἀφίσταται.

καὶ Διειτρέφη, ὄντα περὶ Χίον, ᾑρημένον δὲ ἐς 2
τὰ ἐπὶ Θρᾴκης ἄρχειν, ἀπέστελλον ἐπὶ τὴν ἀρχήν.
καὶ ἀφικόμενος ἐς τὴν Θάσον τὸν δῆμον κατέλυσε.
καὶ ἀπελθόντος αὐτοῦ οἱ Θάσιοι δευτέρῳ μηνὶ 3
μάλιστα τὴν πόλιν ἐτείχιζον, ὡς τῆς μὲν μετ' Ἀθηναίων ἀριστοκρατίας οὐδὲν ἔτι προσδεόμενοι, τὴν δὲ ἀπὸ Λακεδαιμονίων ἐλευθερίαν ὁσημέραι προσδεχόμενοι. καὶ γὰρ καὶ φυγὴ αὐτῶν ἔξω ἦν 4
ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων παρὰ τοῖς Πελοποννησίοις, καὶ αὕτη μετὰ τῶν ἐν τῇ πόλει ἐπιτηδείων κατὰ κράτος ἔπρασσε ναῦς τε κομίσαι καὶ τὴν Θάσον ἀποστῆσαι. ξυνέβη οὖν αὐτοῖς μάλιστα ἃ ἐβούλοντο, τὴν πόλιν τε ἀκινδύνως ὀρθοῦσθαι καὶ τὸν ἐναντιωσόμενον δῆμον καταλελύσθαι. περὶ μὲν οὖν 5
τὴν Θάσον τἀναντία τοῖς τὴν ὀλιγαρχίαν καθιστᾶσι τῶν Ἀθηναίων ἐγένετο, δοκεῖν δέ μοι καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς τῶν ὑπηκόων· σωφροσύνην γὰρ λαβοῦσαι

Διοτρέφη vel *Διοτρεφῆν* codd. Cf. sd. VII 29, 1. III 75, 1.
§ 3. *ὅση ἡμέραι* Vat.
§ 4. *φυγή τε ἦν αὐτῶν ἔξω* Vat.
καὶ αὐτὴ Vat. Gr.
§. 5 *δοκεῖ* omnes praeter Vat. Vid. adn. VII 87, 5. Recte Fritzsch. ad Lucian. p. 26: „quando dissident codices, neque *δοκεῖν* nec *δοκεῖ* praecipue debet placere, sed monumentorum gravitas ponderanda est."

§ 2. *Διειτρέφη.* Idem videtur esse qui VII 29, 1 memoratur. — „Hunc Diitrephem puto filium Nicostrati, qui Atheniensium praetor [filius Diitrephis] (vid. Thuc. III 75, 1. IV 53, 1. 119, 2) ad Mantineam occubuerat." Krueg.
§ 4. *φυγὴ αὐτῶν . . . ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων.* Schol. *φυγάδες αὐτῶν . . . πεφευγότες ὑπὸ Ἀθηναίων.* De hoc usu *φυγῆς* vocis vid. Schneid. ad Xen. Hist. Gr. V 2, 9. Bergmann. ad Isocr. Areop. p. 172. Matth. Gr. § 429. — *ἔπρασσε . . . κομίσαι.* „Sic *πράσσειν* cum infin. alibi apud Thuc. non legitur; accedente *ὥστε* V 78." Krueg. — *ὀρθοῦσθαι.* Male Port. et Haas. ut rem feliciter gereret; nulla enim felicitas civitatis Thasiorum est commemorata. Debet esse *κόσμον* (*τουτέστιν ἀριστοκρατίαν*) *λαβεῖν.* Et ita Bloomf. interpretatur, sed exemplis minime idoneis hunc usum verbi illustrat. Forsitan igitur suspiceris *ὀχυροῦσθαι* legendum esse propter superius *ἐτείχιζον.* Sed verte: civitatem in integrum restitui (cf. Eur. Iph. T. 993), i. e. ab Atheniensium imperio liberari.
§ 5. *τῶν Ἀθηναίων.* „Potest esse genetivus partitionis, ut dicatur *τοῖς τῶν Ἀθηναίων.*" Huds. Recte. — *σωφροσύνην . . , λαβοῦσαι.* „Hac

αἱ πόλεις καὶ ἄδειαν τῶν πρασσομένων ἐχώρησαν ἐπὶ τὴν ἄντικρυς ἐλευθερίαν, τῆς ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων ὑπούλου εὐνομίας οὐ προτιμήσαντες.

τῆς . . . ὑπούλου εὐνομίας Dionys. p. 800 et schol., τὴν . . . ὕπουλον αὐτονομίαν codd., nisi quod Vat. ex genuina scriptura τῆς servavit; deinde ἀπὸ cum Dion. Vat. E., ὑπὸ cum schol. reliqui. Cf. adn.

enim eae civitates, quae optimatium regebantur arbitrio, potissimum gloriabantur. Cf. III 82, 7 ἀριστοκρατίας σώφρονος προτιμήσει, III 65, 3 σωφρονισταὶ ὄντες τῆς γνώμης. [Add. σωφρονέστερον πολιτεύειν supra 53, 3.] Contra ἀκολασία attribuebatur civitatibus popularibus. Cf. Herodot. III 81 [et supra VI 89, 5.]" Arn. Σωφροσύνην λαβεῖν similiter dictum est atque τοὺς νόμους λαβεῖν III 62, 5. — τῆς ἀπὸ . . . οὐ προτιμήσαντες. De ἀπό praep. cf. § 3 τὴν ἀπὸ τῶν Λακ. ἐλευθερίαν. Praeterea ὑπό ferri non posse ex adn. 21 cognoscitur. De vocabulo ὕπουλος, cui proprie Latinum suppuratus in Senecae verbis (Ep. XI 1, 6): horum, qui felices vocantur, hilaritas ficta est aut gravis et suppurata tristitia respondet, cf. Plat. Gorg. 480 b. Soph. OR. 1396. Dem. XVIII 307. Plut. Ages. 32. Quae ex codd. auctoritate vulgo leguntur τὴν . . . ὕπουλον αὐτονομίαν ita interpretantur, ut non ἐλευθερία opponatur αὐτονομίᾳ, sed ἡ ἄντικρυς ἐλευθερία τῇ ὑπούλῳ αὐτονομίᾳ. Sed fallacem αὐτονομίας speciem Athenienses subiectis civitatibus obtulisse ne levissimo quidem indicio antea significatum est. At dictum est antea de solo paucorum imperio in illis instituendo, quod hic aptissime εὐνομίας vocabulo notatur. Accedit quod receptam scripturam Dionysii auctoritas tuetur, cuius memoria nostris codicibus omnibus multis saeculis antiquior est. Dicit enim p. 800: οὕτω σχηματίζει τὴν φράσιν· σωφροσύνην γὰρ λαβοῦσαι αἱ πόλεις καὶ ἄδειαν τῶν πρασσομένων ἐχώρησαν ἐπὶ τὴν ἄντικρυς ἐλευθερίαν, τῆς ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων ὑπούλου εὐνομίας οὐ προτιμήσαντες. οἱ μὲν γὰρ ἀκολούθως τῇ κοινῇ συνηθείᾳ σχηματίζοντες τὴν φράσιν τῷ τε θηλυκῷ γένει τῆς προσηγορίας τὸ θηλυκὸν ἀντέζευξαν μόριον τῆς μετοχῆς καὶ πτῶσιν τὴν αἰτιατικὴν (ita collocandum esse putamus pro tradita scriptura μόριον καὶ πτῶσιν τῆς μετοχῆς τὴν αἰτιατικήν, quoniam de accusativo participii, qui nullus est, sermo esse non potest, sed de eius forma feminina) ἀντὶ τῆς γενικῆς ἔταξαν τὸν τρόπον τόνδε· σωφροσύνην γὰρ λαβοῦσαι αἱ πόλεις καὶ ἄδειαν τῶν πρασσομένων ἐχώρησαν ἐπὶ τὴν ἄντικρυς ἐλευθερίαν, τὴν ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων ὕπουλον εὐνομίαν οὐ προτιμήσασαι. εἰ δὲ τὰ ἀρσενικὰ τοῖς θηλυκοῖς συνέταττον, ὥσπερ οὗτος πεποίηκε, τὰς γενικὰς ἀντὶ τῶν αἰτιατικῶν πτώσεων παραλαμβάνοντες, σολοικίζειν ἂν ὑφ' ἡμῶν λέγοιντο, ex quibus verbis clarissime cognoscitur ipsum Dionysium τῆς . . . ὑπούλου εὐνομίας legisse neque hanc scripturam eius librariis tribui posse. Immerito tamen ille Th. propter illegitimum genetivum vituperat non intellegens vim locutionis οὐ προτιμήσαντες. Hanc enim idem valere atque οὐ φροντίσαντες his exemplis comprobatur: Aesch. Ag. 1672 μὴ

τὰ ἐν Ἀθήναις τοῖς ἑταίροις προειργασμένα. Ἀνδροκλέους φόνος. περὶ πεντακισχιλίων ἀρχῆς γίγνεται λόγος.

65. *Οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Πείσανδρον παραπλέον-* 1
τές τε, ὥσπερ ἐδέδοκτο, τοὺς δήμους ἐν ταῖς πό-
λεσι κατέλυον, καὶ ἅμα ἔστιν ἀφ' ὧν χωρίων καὶ
ὁπλίτας ἔχοντες σφίσιν αὐτοῖς ξυμμάχους ἦκον
ἐς τὰς Ἀθήνας. καὶ καταλαμβάνουσι τὰ πλεῖστα 2
τοῖς ἑταίροις προειργασμένα. καὶ γὰρ Ἀνδροκλέα
τέ τινα τοῦ δήμου μάλιστα προεστῶτα ξυστάντες
τινὲς τῶν νεωτέρων κρύφα ἀποκτείνουσιν, ὅσπερ
καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην οὐχ ἥκιστα ἐξήλασε, καὶ
αὐτὸν κατ' ἀμφότερα, τῆς τε δημαγωγίας ἕνεκα
καὶ οἰόμενοι τῷ Ἀλκιβιάδῃ ὡς κατιόντι καὶ τὸν
Τισσαφέρνη φίλον ποιήσοντι χαριεῖσθαι, μᾶλ-
λόν τι διέφθειραν· καὶ ἄλλους τινὰς ἀνεπιτηδεί-
ους τῷ αὐτῷ τρόπῳ κρύφα ἀνήλωσαν. λόγος τε 3
ἐκ τοῦ φανεροῦ προείργαστο αὐτοῖς ὡς οὔτε μι-

Cap. **65.** § 1. *ἦλθον* omnes praeter Vat. Cf. sd. I 18, 2. § 2. *ἀνάλωσαν* codd. praeter *ἠνάλωσαν* I. Cf. sd. VI 31, 5. § 3. *προείργαστο* pr. m., *προσειργαστο* vulgo. Cf. adn.

προτιμήσῃς ματαίων τῶνδ' ὑλαγμάτων, Eur. Alc. 761 *τῶν ἐν Ἀδμήτου κακῶν οὐδὲν προτιμῶν*, Med. 343 *οὐδὲν προτιμᾷ μηχανήσασθαι τέκνοις*, Aristoph. Ach. 27 *εἰρήνη δ' ὅπως ἔσται προτιμῶσ' οὐδέν*, Ran. 638 *προτιμήσαντά τι τυπτόμενον*, 655 *ἐπεὶ προτιμᾷς γ' οὐδέν*, Plut. 883 *οὐδὲν προτιμῶ σου*, (Demosth.) VII 16 *ἀποστόλους ἀποστέλλειν βούλεται καὶ δαπάνας οὐ μικρὰς δαπανᾶν εἰς τοὺς κατὰ θάλατταν κινδύνους, ὧν οὐδὲν προτιμᾷ*. Cf. Suid s. v. Recte igitur schol. ipsam Dion. lectionem sic interpretatus est: *εὐβουλότεραι γὰρ γενόμεναι αἱ πόλεις ἐχώρησαν ἐπὶ τὴν ἄντικρυς ἐλευθερίαν, τῆς ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ὑπούλου εὐνομίας οὐ φροντίσαντες· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ προτιμήσαντες*. Exquisitiorem locutionem librarii errori aut correcturae deberi minime est credibile. De masculino *προτιμήσαντες* post collectivum *πόλεις* posito cf. adn. I 7. Non magis iuste quam gen. *τῆς . . . εὐνομίας* hanc quoque structuram ad sensum factam reprehendit Dionys.

Cap. **65.** § 1. *ὥσπερ ἐδέδοκτο*. Vid. 64, 1.

§ 2. *Ἀνδροκλέα*. „De eo vid. [Plut. Alc. c. 19 et] Ruhnk. Hist. crit. orat. Gr. p. 128.“ Krueg. — *χαριεῖσθαι*. Port. et Haas. male eum gratificaturum pro se gratificaturos. — *μᾶλλόν τι*. Cf. adn. I 49. — *ἀνεπιτηδείους*, inimicos. Cf. 48, 2. 64, 4.

§ 3. *λόγος . . . προείργαστο αὐτοῖς*, oratio praeparata iis erat. Quod respicitur ad superius *προειργασμένα*, minus apta nobis videtur lectio *προσειργαστο*. Frustra *προείρητο* Herw. Stud. Thuc. p. 107. De *ἐκ τοῦ φαν.* verbis cf. adn. I 51, 2. — *ὡς οὔτε μισθοφορητέον . . . τοὺς στρατευομένους*. „Id est:

σθοφορητέον εἴη ἄλλους ἢ τοὺς στρατευομένους, οὔτε μεθεκτέον τῶν πραγμάτων πλείοσιν ἢ πεντακισχιλίοις, καὶ τούτοις οἳ ἂν μάλιστα τοῖς τε χρήμασι καὶ τοῖς σώμασιν ὠφελεῖν οἷοί τε ὦσιν.

1 66. Ἦν δὲ τοῦτο εὐπρεπὲς πρὸς τοὺς πλείους, ἐπεὶ ἕξειν γε τὴν πόλιν οἵπερ καὶ μεθίστασαν ἔμελλον. δῆμος μέντοι ὅμως ἔτι καὶ βουλὴ ἡ ἀπὸ τοῦ κυάμου ξυνελέγετο· ἐβουλεύοντο δὲ οὐδὲν ὅ

τῶν μὲν ἑταίρων δύναμις καὶ θρασύτης, τοῦ δὲ δήμου κατάπληξις καὶ ὑποψία.

Cap. **66.** § 1. *μεθίστασαν* Vat. et Valla qui immutarant vertens, reliqui *μεθιστάναι* vel *μεθιστᾶναι*, nisi quod pauci deteriores *καθιστάναι*. Cf. adn.

ἐβουλεύοντο Vat. It. Aug. Pal. M. Cass. Cl. Ven., reliqui *ἐβούλευον*. Et de senatoribus quidem, qui consilia dant populo atque auctores rerum fiunt, usitatum est activum. Refertur tamen hic hoc verbum non ad solum senatum, sed etiam ad populum, etsi de eo quoque consultante interdum activum legitur, ut VI 18, 6. VIII 72, 1. Cf. adn. IV 41, 1.

ὡς οὔτε δέοι ἄλλους ἢ τοὺς στρατευομένους μισθοφορεῖν, scil. *μισθὸν παρὰ τῆς πόλεως λαμβάνειν*." Aem. Port., qui falsam explicationem aliorum addit. „Acacius recte censet hoc pertinere ad mercedem, quam magistratus [hos male nominavit, vid. Schoem. Antiqu. iur. publ. p. 310], senatus, iudices et populus Athenis e iudiciis, contionibus et aliis, quae publice agebantur, ferebant, de quibus Aristot. Polit. VI 2. [Xen. Hist. Gr. II 3, 48.] Cf. infra 67, 3 et 69, 4." Duk. Vid. Boeckh. Oec. civ. I p. 318 sqq. 327 sqq. 336. Schoem. l. d. p. 309 sq. „Observat Abr. mutatae syntaxeos exemplum in *μισθοφ.* cum accus. et *μεθεκτέον* cum dat.; illud resolvendum ita [ut fecit Portus]." Beck. Cf. Matth. Gr. § 447, 4 et adn. I 72, 1. — *μεθεκτέον τῶν πραγμάτων*. *Τὰ πράγματα* saepe de reipublicae administratione dici constat. Vid. Krueg. ad Dion. p. 254 et 269 et supra adn. III 28, 1. Ita rursus de tribus milibus sub dominatione triginta tyrannorum *μεθέξοντας τῶν πραγμάτων* legi Xen. Hist. Gr. II 3, 18 adnotat Arn.

Cap. **66.** § 1. *ἦν δὲ τοῦτο ... ἔμελλον*. „Sensus est hic: speciosum erat hoc commentum, quo plebem inducerent; administrare enim rempublicam volebant iidem, qui eius formam mutaturi erant. Neutiquam igitur quinquies mille cives imperii participes facere meditabantur; quos qui tunc statum popularem evertebant haudquaquam serio eligere cogitabant. Vid. c. 86. 89. 92. 93. 97." Krueg. ad Dion. p. 372. Pariter igitur *ἐπεί — γέ* dictum est atque VII 30, 2, ubi cf. adn. *Ἕξειν τὴν πόλιν* idem est atque *ἔχειν τὴν πολιτείαν* 74, 3; ad *μεθίστασαν*, imperf. de conatu, subaudiendum est *τὴν πόλιν* atque *μεθιστάναι τὴν πόλιν* similiter legimus 48, 4. Frustra igitur *πολιτείαν* hic rescribere vult Herw. l. l. — *βουλὴ ἡ ἀπὸ τοῦ κυάμου*. „Hic senatus quingentorum fuit virorum, sic dictus, quod fabas ad sortes ad-

τι μὴ τοῖς ξυνεστῶσι δοκοίη, ἀλλὰ καὶ οἱ λέγοντες ἐκ τούτων ἦσαν καὶ τὰ ῥηθησόμενα πρότερον αὐτοῖς προύσκεπτο. ἀντέλεγέ τε οὐδεὶς ἔτι τῶν 2
ἄλλων, δεδιὼς καὶ ὁρῶν πολὺ τὸ ξυνεστηκός· εἰ δέ τις καὶ ἀντείποι, εὐθὺς ἐκ τρόπου τινὸς ἐπιτηδείου ἐτεθνήκει, καὶ τῶν δρασάντων οὔτε ζήτησις οὔτ', εἰ ὑποπτεύοιντο, δικαίωσις ἐγίγνετο, ἀλλ' ἡσυχίαν εἶχεν ὁ δῆμος καὶ κατάπληξιν τοιαύτην ὥστε κέρδος ὁ μὴ πάσχων τι βίαιον, εἰ καὶ σιγῴη, ἐνόμιζε. καὶ τὸ ξυνεστηκὸς πολὺ πλέον ἡγούμενοι 3
εἶναι ἢ ὅσον ἐτύγχανεν ὂν ἡσσῶντο ταῖς γνώμαις,

προυσκέπτετο codd. Emend. Bauer. Cf. Elmsl. ad Eur. Heracl. 148 et Buttm. Gr. max. II p. 292 ed. 2.

§ 2, τεθνήκει Vat. Cf. sd. III 23, 1.

§ 3. ὅσον om. m., ὅσον ἦν M. ex interpretatione librarii, qui ἐτύγχανεν ὂν per ἦν redderet.

ὂν I. et in marg. cum γρ. Lugd. idemque coni. Aem. Portus; reliqui codd. ὃ ἦν, quae in Cass. et Pal. undique punctis circumhibuerunt, ita ut, cui alba obtigisset, is honoris beneficium a sorte acciperet, cui nigra, repulsam." Huds. „Infra 69, 4 ἐπέστησαν τοῖς ἀπὸ τοῦ κυάμου βουλευταῖς. Non solum hic senatus, sed etiam alii magistratus sorte legebantur." Duk. Vid. Herm. Ant. publ. § 112, 1 et 149, 2. „Ἀπὸ κυάμου = κυαμευτός, ut est apud Xen. Mem. I 2, 9." Bau. Singularis collective positus est, ut apud Latinos quoque nomina fabae, lentis, ciceris legi constat. Cf. adn. II 4, 2.

§ 2. δεδιὼς καὶ ὁρῶν. De simul audiendo ἕκαστος vid. adn. IV 10, 1. Nominativi autem participiorum vel addito ἕκαστος collocari per appositionem partitivam ideo potuerunt, quia ἀντέλεγε οὐδείς idem atque ἀντέλεγον οὐδένες vel ξυνεχώρουν πάντες sonant. De καί denique vid. adn. I 1, 1. — τὸ ξυνεστηκός. Sic § 3 iterum appellat τοὺς ξυνεστηκότας. Cf. adn. II 45, 2. — ἐκ τρόπου . . . ἐτεθνήκει. De plusquamperf. cf. Krueg. Gr. § 53, 4 adn. 2. Exempla rei inveniuntur 65, 2 et 70, 2. Verba simillima legi in Dion. Cass. fragm. 23, 3 adnotat Arn. — δικαίωσις] ἀντὶ τοῦ κόλασις ἢ εἰς δίκην ἀπαγωγή. Schol. Consentit Harpocr. s. v. ὁ μέντοι Θουκυδίδης πολλάκις τὴν δικαίωσιν ἐπὶ τῆς κολάσεως τάττει; sed hic in eo nimius est quod Th. saepe fecisse dicit quod semel fecit. Eadem vi verbum δικαιοῦν habuimus III 40, 4. Cf. Herod. I 100. III 29. V 92. Pariter substantivo δικαίωσις usi sunt Plut. Artax. 14. de def. or. 21. Cass. Dio XL 43, 3. Similiter δικαίωμα poenam significat in Plat. Legg. 864 e. Perperam vocabulum δικαίωσις, quo vel Lys. IX 8 usus est, poëticum vocat Dionys. p. 794. — κέρδος . . . ἐνόμιζε] ὁ μηδέν, φησί, πάσχων βίαιον κέρδος ἡγεῖτο τὸ μηδὲν πάσχειν. Schol.

§ 3. πολὺ πλέον . . . ἢ ὅσον. Cf. 87, 5 ἐλάσσους ἢ ὅσας. — ἡσσῶντο ταῖς γνώ-

καὶ ἐξευρεῖν αὐτοὶ ἀδύνατοι ὄντες διὰ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως καὶ διὰ τὴν ἀλλήλων ἀγνωσίαν οὐκ
4 εἶχον [αὐτοὶ ἐξευρεῖν]* *. κατὰ δὲ ταὐτὸ τοῦτο

scripta sunt. „Probabilis est coniectura Porti ἐτύγχανεν ὄν, unde oriri potuit ὃ ἦν, cum magister ἐτύγχανεν ὄν per ἦν exposuisset [quod in M. ipsis scriptoris verbis insertum est]. Ὅσον quoque fortassis loco corrumpendo causam praebuit, cum primum in marg. exemplaris, a quo aberat, scriptum deinde in τῷ κειμένῳ loco non suo positum fuisset.“ Duk.

αὐτὸ ante ἀδύνατοι codd. aliquot deteriores. Cf. adn.

αὐτοὶ ἐξευρεῖν habent It. Vat. Pal. Aug. Ar. Cl. Chr. Dan. Mosqu. m., αὐτὸ ἐξευρεῖν M. Cass. F. rec. m., reliqui om. Cf. adn.

§ 4. τὸ αὐτὸ omnes praeter Vat. Cf. sd. VII 6, 1.

μαις, deficiebant animis. — ἐξευρεῖν αὐτοί, ipsi (i. e. sine coniuratis, penes quos tum omnis erat potestas) rem (i. e. τοὺς δράσαντας) explorare. Class. αὐτοὶ ἐξευρεῖν post οὐκ εἶχον retinens haec verba et quod sequitur ἀδύνατοι ὄντες secludit, ut manifesta verborum abundantia tollatur. Nihilominus non interpreti verba a se damnata tribuit (et profecto interpretamento parum similia sunt. Quis enim ad οὐκ εἶχον αὐτοὶ ἐξευρεῖν interpretandi causa ἐξευρεῖν αὐτοὶ ἀδύνατοι ὄντες adscripserit?), sed ipsum scriptorem, qui hunc locum non perpoliverit, aliter conclusisse sententiam vult quam incepisse. Quasi vero critici sit non solum librariorum vitia, sed etiam inconditum ipsorum scriptorum sermonem corrigere. Et quis tandem, qui quidem sanae mentis sit homo, licet velocissimo stilo atque ex tempore primas lineas ducat, tam inepta atque absurda scribendi socordia utitur? Num difficilius erat ipsi Th., cum ad discrepantem sententiae exitum delapsus esset, delere initii verba non solum inutilia, sed etiam intolerabilia? Tum male Class. ἐξευρεῖν αὐτοὶ reicit servans αὐτοὶ ἐξευρεῖν. Nam illud omnes codd. tuentur, hoc pars omittit. Cum autem alterutrum abesse debeat, utrumque pariter possit, maiorem codd. auctoritatem sequi praestat. Class., ut aliter faceret, procul dubio eo maxime commotus est, quod simul ἀδύνατοι ὄντες tanquam inutile delendum esse censebat. Sed abundant quidem quodammodo haec verba, sed non ita ut tolerari prorsus nequeant. Cur enim non dicatur: rem ipsi explorare non habebant, cum non possent propter urbis magnitudinem et mutuam ignorationem? Attamen si verborum collocationem spectamus, sententia ita decurrit, quasi post οὐκ εἶχον secuturum sit quod inde pendeat. Itaque hoc excidisse probabilius videtur eoque facto αὐτοὶ ἐξευρεῖν ab interprete suppletum esse. — διὰ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως καὶ διὰ τὴν ἀλλήλων ἀγνωσίαν, quanquam praepos. διά repetitur, aptissime cohaerent. Nam inter se ignorant propter urbis magnitudinem. Cf. 75, 1.

§ 4. κατὰ δὲ ταὐτὸ τοῦτο, eadem ratione sive causa. Cf. adn. V 65, 3. Recte schol. κατὰ τὸ ἀγνοεῖν explicat. Nam quod proximo enuntiato praeter ignorationem etiam diffidentia in causa fuisse dicitur, haec quoque ex inscitia proficiscitur eorum, qui incerta suspicione dubitant, qui suorum cum coniuratis faciant.

καὶ προσολοφύρασθαί τινι ἀγανακτήσαντα [ὥστε ἀμύνασθαι ἐπιβουλεύσαντα] ἀδύνατον ἦν· ἢ γὰρ ἀγνῶτα ἂν ηὗρεν ᾧ ἐρεῖ ἢ γνώριμον ἄπιστον. ἀλλήλοις γὰρ ἅπαντες ὑπόπτως προσῇσαν οἱ τοῦ δήμου, ὡς μετέχοντά τινα τῶν γιγνομένων. ἐνῆσαν γὰρ καὶ οὓς οὐκ ἄν ποτέ τις ᾤετο ἐς ὀλιγαρχίαν τραπέσθαι [καὶ τὸ ἄπιστον οὗτοι μέγιστον πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐποίησαν], καὶ πλεῖστα ἐς τὴν τῶν

ἂν male om. Vat. I. Cf. adn.
εὗρεν codd. Cf. sd. IV 54, 1.

— **προσολοφύρασθαί τινι.** Hoc verbum cum dat. item habet Plut. Cic. 47. Similiter Hor. Epod. 11, 12 querebar applorans tibi. Cf. Matth. Gr. § 402 b. — [**ὥστε ἀμύνασθαι ἐπιβουλεύσαντα**]. Ἐπιβουλεύσαντα aut subiectum aut obiectum **ἀμύνασθαι** verbi posse esse explicat Heilm. Illud praefert Krueg., hoc Arn., qui interpretatur ut insidiatum ulcisceretur; nam **ἀμύνεσθαι** et **ἐπιβουλεύειν** esse contraria inter se. Sed ita articulum ante **ἐπιβουλεύσαντα** aegre desideramus. Krueg. rationem secutus est Class., nisi quod recte contra eum monet, cum lamentatio ad necatos pertineat, **ἀμύνασθαι** non esse defendere sed ulcisci. Sed ne sic quidem haec verba cum reliqua sententia apte conectuntur. Quis enim ita apud aliquem lamentatur, ut insidiatus ultionem exigat? Et licet aliquis lamentando alium commovere possit, ut secum ulciscendi consilia ineat sibique in ea re auxilium praestet, tamen haec sententia his verbis non exprimitur, nisi Th. balbutire potius quam loqui statuamus. Et etiamsi exprimeretur, tamen ipsa non satis apta esset. Nam non lamentando potissimum, quippe quod animum minus fortem prodat, ad communia ulciscendi consilia adduci solent, sed adhortando vel irritando. Difficile tamen dictu est, quid his verbis faciendum sit. Nam ita non videntur mutari posse, ut cum reliquis coeant. Si vero ad **κατὰ ταὐτὸ τοῦτο** explicandi causa ea adscripta esse volumus, necesse est similia antea dicta esse. Quid igitur, si supra scriptum fuit **οὐκ εἶχον ἐπιβουλεύσαντες ἀμύνασθαι**, nonne interpres, qui magis verba quam sententiam sequeretur, huc **κατὰ ταὐτὸ τοῦτο** referre potuit? Dubitanter tamen hanc suspicionem proferimus; nam in talibus certius se indagare posse prudens nemo existimabit. — **ἂν ηὗρεν,** invenisset (si lamentatus esset). Tum **ᾧ ἐρεῖ** Latine sonant cui diceret. De indicativo vid. Krueg. Gr. § 54, 10 adn. 6. Madv. Synt. § 117 adn. 2, de futuro Matth. Gr. § 507 I 1. Krueg. § 53, 7 adn. 8.

§ 5. **ὡς μετέχοντά τινα.** De syntaxi cf. adn. I 134, 4. VI 24, 3. — **τραπέσθαι.** Facile quidem post **ὀλιγαρχίαν** excidere potuit **ἂν**, quod Dobr. inculcari vult; sed quod hic legitur **ἂν** non ad **ᾤετο**, sed ad **τραπέσθαι** pertinet. — **ἐς τὴν . . . ὠφέλησαν.** „Dum omnes suspecti habentur, qui vere coniuraverant et latere in turbido et consilia

ὀλίγων ἀσφάλειαν ὠφέλησαν βέβαιον τὴν ἀπιστίαν τῷ δήμῳ πρὸς ἑαυτὸν καταστήσαντες.

1 67. Ἐν τούτῳ οὖν τῷ καιρῷ οἱ περὶ τὸν Πείσανδρον ἐλθόντες εὐθὺς τῶν λοιπῶν εἴχοντο. καὶ πρῶτον μὲν τὸν δῆμον ξυλλέξαντες εἶπον γνώμην δέκα ἄνδρας ἑλέσθαι ξυγγραφέας αὐτοκράτορας, τούτους δὲ ξυγγράψαντας γνώμην ἐσενεγκεῖν ἐς

Πεισάνδρου ἐλθόντος πρῶτον μὲν δέκα ξυγγραφῆς αἱροῦνται, ἔπειτα πρόεδροι πέν-

§ 5. πρὸς ἑαυτῶν male Vat.

Cap. 67. § 1. ἐξενεγκεῖν apud Harpocr. s. v. συγγραφεῖς, quod, cum non minus recte dicatur quam ἐσφέρειν, sed rarius inveniatur, verum esse existimat Saupp. in ind. lect. Goetting. 1880/81 p. 12. Non assentimur, quod infra quoque (§ 2) de eadem re ἐσήνεγκαν.

sua minore periculo agitare poterant.“ Acac. — βέβαιον . . . καταστήσαντες. „Confirmantes mutuam populi diffidentiam, reddentes hanc diffidentiam minime dubiam et inevitabilem. — Haec enuntiatio non est nisi repetitio superioris τὸ ἄπιστον . . . μέγιστον ἐποίησαν; sed quod primum factum esse narratum est, id deinde, ut quo nitatur successus coniurationis, iteratur. Sed hic unus est ex iis locis, quos Thucydidem, si extremam manum operi imposuisset, correcturum fuisse verisimile est.“ Arn. Idem probat Class., quanquam fatetur πρὸς τοὺς πολλοὺς cum ἐποίησαν vix iungi posse eaque de causa ne Dobr. quidem coniectura τὸ ἄπορον difficultatem tolli. Certe illud non, quo opus est, apud multitudinem, sed adversus multitudinem significat. Attamen neminem, quin omni sensu ac iudicio careat, etiamsi calamo maxime festinanti scribat quae deinde perpoliturus sit, tam absurdam atque hiulcam verborum abundantiam effusurum esse credimus. Possumus sane extremam scriptoris manum desiderare, ubi narratio parum explicata vel oratio minus composita sit, sed quae prorsus inepta sint et vitiosa eo modo excusare non licet. Delevimus igitur ex verbis idem significantibus ea quae stilum Thucydideum minus resipiunt. Perspicuum est interpretem πρὸς τοὺς πολλούς consulto ita scripsisse, ut πρὸς ἑαυτόν quam accuratissime redderet, sed neglexisse idoneam verborum structuram. Non concedimus Class. οὗτοι abesse non posse contendenti. Nam etiamsi aliter eo carere non possimus, hunc locum secundum Krueg. Gr. § 60, 6 adn. 1 interpretari utique licet.

Cap. 67. § 1. οἱ περὶ τὸν Πείσανδρον ἐλθόντες. Cf. c. 65. — δέκα ἄνδρας . . . ξυγγραφέας. „Vid. Etym. M. v. συγγραφεῖς, Harpocrat. et Valesii notas in eundem.“ Huds. „Harpocratio s. v. συγγραφεῖς e Philochoro et Androtione triginta, non decem creatos esse refert, unde Kruegerus comm. de Thuc. hist. p. 375 non abhorret ab ea suspicione, ut συγγραφέας a grammatico cum XXX viris post cladem ad Aegos flumen creatis confusos esse credat. Sed cum Harpocratio significet in triginta illis συγγραφεῦσι decem προβούλους fuisse [et, quo integritas δέκα numeralis hic defenditur, horum solorum mentionem fecisse Thucydidem], res, ni fallor, ita

τρακοσίους ὄντας ἐς τὸ βουλευτήριον ἄρχειν ὅπῃ ἂν ἄριστα γιγνώσκωσιν αὐτοκράτορας, καὶ τοὺς πεντακισχιλίους δὲ ξυλλέγειν ὁπόταν αὐτοῖς δοκῇ.

ὀνομάζονται ... ὧν οἱ πλὴν Πεισάνδρου. ... προθυμότατα ... τὸν δῆμον καταλύσαντες, Ἀντιφῶν καὶ Φρύνιχος καὶ Θηραμένης.

68. Ἦν δὲ ὁ μὲν τὴν γνώμην ταύτην 1
εἰπὼν Πείσανδρος, καὶ τἆλλα ἐκ τοῦ προφανοῦς προθυμότατα ξυγκαταλύσας τὸν δῆμον· ὁ μέντοι ἅπαν τὸ πρᾶγμα ξυνθεὶς ὅτῳ τρόπῳ κατέστη ἐς τοῦτο καὶ ἐκ πλείστου ἐπιμεληθεὶς Ἀντιφῶν ἦν, ἀνὴρ Ἀθηναίων τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀρετῇ τε οὐδενὸς δεύτερος καὶ κράτιστος ἐνθυμηθῆναι γενόμενος καὶ ἃ [ἂν] γνοίη εἰπεῖν, καὶ ἐς μὲν δῆμον οὐ παριὼν οὐδ' ἐς ἄλλον ἀγῶνα ἑκούσιος οὐδένα, ἀλλ'

Cap. 68. § 1. πᾶν Vat.
κατέστησε τοῦτο Vat. Quasi antea ὅτῳ δὴ τρόπῳ legatur, quod olim in mentem venit Bauero. De vulg. cf. adn.
ἀρετῇ γε in plurimis libris praeter Vat. M.
ὕστερος omnes praeter Vat. Et δεύτερος quidem similiter legitur II 97, 5, ὕστερος I 91, 5.
ἂν recte om. Laur. m. Bas. B. C. D. I. E. O. K. Cf. adn.
τὸν δῆμον Reg. Cf. adn. I 107, 4. II 65, 4.
In optimis libris praeter Vat. ἑκουσίως. Cf. Krueg. ad Dion.

tur. Nimirum hi totum negotium moderabantur erantque haud dubie in centum primo creatis." Schoem. Antiqu. iur. publ. p. 182. Ingratum sonum τῶν ἑκατὸν ἕκαστον πρὸς ἑαυτόν frustra reprehendit Did. Vide ὁμοιοκαταληξίας in Lobeck. Paralipom. Gr. Gr. I p. 16. 22. 53 sq. — καὶ . . . δέ. Cf. VI 71, 2. VII 56, 3. adn. I 132, 4.

Cap. 68. § 1. ὁ μέντοι . . . κατέστη ἐς τοῦτο, qui totum negotium composuit illa ratione, qua eo usque (in eum usque statum, qui 67, 3 declaratus est) deductum est. — ἐκ πλείστου de tempore, ut saepe ἐκ πολλοῦ. — Ἀντιφῶν. Cf. Blass. Hist. eloqu. Att. I p. 85. De aliis viris eiusdem nominis, a quibus orator discernendus sit, idem disputat l. l. p. 82 sq. — ἀρετῇ, Tüchtigkeit. Cf. II 37, 1. Propter laudem hoc l. Antiphonti tributam iniusti favoris in hunc et optimates Th. incusaverunt, qui simili ratione Phrynichum quoque et Theramenem laudavisset. Sed inique ita existimant. Laudavit enim Th. illorum virorum mentis virtutem (cf. 27, 5. 68, 4), qua revera excellebant, de animi innocentia et morum integritate tacuit. Quin etiam Theramenis ambitionem et simulationem (89, 3. 4), Antiphontis et Phrynichi proditionis consilia (91, 3) notavit. Neque minus omne quadringentorum imperium improbavit, quo per fraudem et vim instituto (66, 1. 2) civitas imperiose regeretur (70, 1), libertas periret (68, 4). — κράτιστος . . . εἰπεῖν. Cf. similia verba § 4 et II 60, 5. Ἂν delendum est, quoniam modus qui dicitur potentialis ab huius loci sententia alienus est. — οὐδ' ἐς ἄλλον ἀγῶνα, neque ad aliam publicam contentio-

ὑπόπτως τῷ πλήθει διὰ δόξαν δεινότητος διακείμενος, τοὺς μέντοι ἀγωνιζομένους καὶ ἐν δικαστηρίῳ καὶ ἐν δήμῳ πλεῖστα εἷς ἀνήρ, ὅστις ξυμβου-
2 λεύσαιτό τι, δυνάμενος ὠφελεῖν. καὶ αὐτὸς δέ, ἐπειδὴ [μετέστη ἡ δημοκρατία] καὶ ἐς ἀγῶνας κατέστη μετὰ τὰ τῶν τετρακοσίων ἐν ὑστέρῳ μεταπεσόντα

p. 38 et IV 19, 4, sed etiam Lob. ad Phryn. p. 6, denique sd. III 33, 1.

§ 2. *αὐτός τε* codd. nisi quod *τε* om. M. Cl. F. Emend. Haack. Cf. sd. VI 44, 3.

Cap. 88. *ἔπλει καὶ αὐτός.* Cf. Plut. Alc. 26. — *Πελοποννησίοις ... κωλύσειν ἐλθεῖν.* Hoc eum effecisse affirmat Isocr. XVI 20. Cf. infra 108, 1. Diod. XIII 37, 4. Plut. l. d. — *ἐς τὴν αὐτοῦ ... διαβάλλειν.* „Nomen cum praepositione *εἰς* adiunctum verbis *διαβάλλειν*, *λοιδορεῖν* similemque vim habentibus notat rem, quae alicui invidiam facere, vel vitium aliudve quid, quod alicui exprobrari potest. Cf. Herodian. IV 12 *εἰς ἀνανδρίαν καὶ θήλειαν νόσον διαβάλλειν*, Plut. apophthegm. p. 305 [p. 89 Hutt.] *λοιδορηθεὶς ὑπό τινος εἰς τὴν δυσωδίαν τοῦ στόματος.* Et ibid. p. 327 [p. 118] *πρὸς Ἁρμόδιον εἰς δυσγένειαν αὐτῷ λοιδορούμενον ἔφη.*“ Duk. Cf. adn. V 75, 3. — *σφίσιν*, Atheniensibus. — *καὶ ὁ μὲν*

1 89. Οἱ δ' ἐκ τῆς Σάμου ἀπὸ τῶν τετρακοσίων πεμφθέντες πρέσβεις ἐπειδὴ ἀφικόμενοι ἐς τὰς Ἀθήνας ἀπήγγειλαν τὰ παρὰ τοῦ Ἀλκιβιάδου, ὡς κελεύει τε ἀντέχειν καὶ μηδὲν ἐνδιδόναι τοῖς πολεμίοις, ἐλπίδας τε ὅτι πολλὰς ἔχει κἀκείνοις τὸ στράτευμα διαλλάξειν καὶ Πελοποννησίων περιέσεσθαι, ἀχθομένους καὶ πρότερον τοὺς πολλοὺς τῶν μετεχόντων τῆς ὀλιγαρχίας καὶ ἡδέως ἂν ἀπαλλαγέντας πῃ ἀσφαλῶς τοῦ πράγματος πολλῷ δὴ μᾶλλον ἐπέρρωσαν.
2 καὶ ξυνίσταντό τε ἤδη καὶ τὰ πράγματα διεμέμφοντο ἔχοντες ἡγεμόνας τῶν πάνυ [στρατηγῶν] τῶν ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ καὶ ἐν ἀρχαῖς ὄντων, οἷον Θηραμένη τε τὸν Ἅγνωνος καὶ Ἀριστοκράτη τὸν Σκελίου καὶ ἄλλους, οἳ μετέσχον μὲν

ἐν δ' Ἀθήναις πολλοί, ὧν ἡγεμόνες ἦσαν Θηραμένης τε καὶ Ἀριστοκράτης, τῇ ὀλιγαρχίᾳ ἀντιπράσσουσιν. αἰτίαι τούτου

Cap. 89. § 1. καὶ κακείνοις Vat.
τοὺς πολλοὺς καὶ πρότερον Vat.
λ
§ 2. Σικέ Vat.; Σικελλίου, Σικελίου, Σκελλίου reliqui. Cf. Inscr. Att. I n. 418.

εὐθὺ ... ἐποιεῖτο. „Indicat Alcibiadem, cum Samo solvisset, cursum recta Caunum atque inde Phaselidem direxisse, ut Aspendum teneret. [Etenim ἄνω a terra ad mare translatum est orientem, i. e. Aspendum, versus]. Quanquam mihi non apparet, cur, cum Phaselidem attingere nisi Caunum praetervectus non potuerit, Thucydides Phaselidem ante Caunum ponere voluerit.“ Duk. Pariter inverso ordine locorum scripsit 108, 1 κατέπλευσε δὲ ... ἀπὸ τῆς Καύνου καὶ Φασήλιδος ἐς τὴν Σάμον, qua de re cf. adn. VI 72, 1. De εὐθύ cum genet. iuncto cf. Krueg. Gr. § 47, 29 adn. 1. De Phaselide vid. adn. II 69, 1.

Cap. 89. § 1. Οἱ ... πρέσβεις. Non iungendum est ἐκ τῆς Σάμου πεμφθέντες, sed significantur quadrigentorum legati Samo dimissi et redeuntes. Cf. 86, 6. — τὰ παρὰ τοῦ Ἀλκ. Vid. 86, 7. — ὅτι. Cf. adn. 86, 3. — ἀχθομένους καὶ πρότερον. Causas rei explicare studet Thirlw. Hist. IV p. 62 sq.

§ 2. τῶν πάνυ κ. τ. λ., cum duces haberent ex praestantissimis eorum, qui paucorum imperii participes erant et magistratibus fungebantur. Itaque non solum τῶν πάνυ, sed etiam τῶν ... ὄντων genetivus partitivus est. Cf. 1, 1 τοῖς πάνυ τῶν στρατιωτῶν ibique adn. Cum Aristocrates non fuerit στρατηγός, sed ταξίαρχος (92, 4), Thucydidis verbis eximendum est στρατηγῶν, quod etiam alia de causa importunum Classeno visum est. Idem etiam καί ante ἐν ἀρχαῖς del., cuius rei nullam videmus necessitatem. Nihil proficitur Bekk. coniectura τῶν πάνυ στρατηγούντων ἐν τῇ ὀλ. — Θηραμένη. Cf. adn. 68, 4. — Ἀριστοκράτη τὸν Σκελίου. Vid. Lys. XII 66. „Idem est, cuius

ἐν τοῖς πρῶτοι τῶν πραγμάτων, φοβούμενοι δ', ὡς ἔφασαν, τό τε ἐν τῇ Σάμῳ στράτευμα καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην σπουδῇ πάνυ, τούς τε ἐς τὴν Λακε-

ἐν τοῖς πρώτοις Vat., *ἐν πρώτοις* reliqui. Emend. Bekk. Cf. ad. VII 19, 4.
φοβούμενοι ἀδεῶς inepte It. Laur. Pal. Aug. M. Bas.
οὕς τε C., *τε* om. Vat. et Thom. Mag. in *πρεσβεύω*. Cf. adn.

mentionem infert Xen. Hist. Gr. I 4, 21. 5, 16. 7, 2. Periit cum quinque aliis ducibus actione illa famosa, quae post pugnam ad Arginusas factam instituta est. Honorifica eius mentio fit in oratione contra Theocrinem scripta, quae plerumque Demostheni attribuitur [LVIII 67], item in Aristoph. Av. 123 et Plat. Gorg. 472 a." Arn. Add. Stallb. ad Plat. l. d. — **σπουδῇ πάνυ** formulam Thucydidi frequentissimam esse, ut post Valcken. ad Phalar. Epist. p. XVII docuisset Wolf. ad Demosth. Lept. 321, adnotavit Goell. Sed falso id ab his viris et ab Heind. ad Plat. Phaedon. 98 b dictum est; nam *σπουδῇ* adverbialiter positum praeter hunc locum exstat tantum III 49, 4, et quidem alia vi (cum festinatione). Cum *πάνυ* Thucydides praeter hunc locum nusquam coniunxit, sed Plato l. l. Demosth. l. l., alii. Et ut apud Platonem *πάνυ σπουδῇ* valent admodum cupide, studiosissime, ita hic ad *ἐφοβοῦντο* relata videntur sonare admodum alacriter, vehementissime. An Thucydides Theramenem eiusque socios eo metu, quem sibi esse dixerint (*ὡς ἔφασαν*), quatenus exercitus Sami versantis et Alcibiadis ratio habeatur, serio affectos esse affirmat? — **τούς τε ἐς τὴν Λακεδαίμονα πρεσβευομένους.** Quod vulgo post *πρεσβ.* legitur *ἔπεμπον*, id ad *οἳ μετέσχον μὲν ... φοβούμενοι δέ* rettulit Haasius in interpr. Lat. vertens qui inter primos quidem rerum participes fuerant, sed, ut aiebant, ideo, quod metuerent..., Samum misissent. Sed nec *ἐς τὴν Σάμον* omitti potuerunt nec ab Theramene eiusque sociis solis, sed a quadringentis viris novimus ex § 1 Samum legatos missos esse, et, illud si factum esset, *ἔπεμπον* ad *τοὺς ἀμφὶ Θηραμένη* spectans non recte inter *πρεσβευομένους* et *μή ... τὴν πόλιν* interponeretur, denique in *οὐ τὸ ἀπαλλ.* male procederet sermo. *Τέ* deleturus erat Ae. Portus, cui favent Vat. et Thomas Mag. Verum *ἔπεμπον* omnino non bene ad Theramenem eiusque sodales refertur, sed ad *ὀλιγάρχας* omnes eorumque principes debet spectare. Vid. 71, 3 et 90, 1. Nec ex illa scriptura verba *μή τι ... τὴν πόλιν* aptam sententiam praebent, pro *οὐ τό* autem *οὕτω γάρ* legendum est, etsi *γάρ* excidisse non est probabile. Goeller *οὕς τε* pro *τούς τε* recepit. Cui quod Krueger non legatos, sed eos, a quibus missi essent legati, terrorem iniecisse opponit, nullius momenti est, quod, cum per legatos cum Lacedaemoniis ageretur, Theramenes et eius socii sane dici poterant *τοὺς πρεσβευομένους μή τι ... κακὸν δράσωσι τὴν πόλιν* (i. e. *μή οἱ πρεσβευόμενοί τι ... κ. δρ. τ. π.*) timuisse. Sed *ἔπεμπον*, quoniam nomen non est additum, non posset nisi ad Theramenem eiusque amicos aut ad exercitum Samium et Alcibiadem, non, quod requiritur, ad *ὀλιγάρχας* universos spectare. Quocirca libros nonnullos et Do-

δαίμονα πρεσβευομένους [ἔπεμπον] μή τι ἄνευ τῶν πλειόνων κακὸν δράσωσι τὴν πόλιν, οὔτοι ἀπαλλαξείειν* τοῦ ἄγαν ἐς ὀλίγους ἐλθεῖν, ἀλλὰ

ἔπεμπον om. M. Lugd. Mosqu. F. schol. Cf. adn.
δράσειαν non deterius Vat.
οὐ τῶι Vat. Ven. Cl., reliqui οὐ τὸ praeter γρ. οὕτω marg. Lugd., οὕτω γὰρ marg. I.; ita enim Valla. Cf. adn.
ἀπαλλάξειν codd. Emend. ex schol. Abresch., quem laudat Piers. ad Moer. p. 14. Cf. adn.
ἐς ὀλίγους οἰκεῖν M. b., de quo cf. II 37, 1. At vide adn.

braei suspicionem secuti ἔπεμπον uncis inclusimus aut ex interpretatione πρεσβεύεσθαι verbi ortum (ad πρεσβευομένους enim facile adscribi poterat οἳ πρέσβεις ἔπεμπον) aut ab iis additum, qui verbum finitum ad φοβούμενοι δέ desiderarent nec τούς τε ... πρεσβευομένους et ipsum a φοβούμενοι pendere intellegerent. — ἄνευ τῶν πλειόνων, invita maiore civium parte. — οὔτοι ἀπαλλαξείειν κ. τ. λ. Quod in codd. legitur οὐ τὸ ἀπαλλάξειν corruptum est. Nam primum τὸ ἀπαλλάξειν, sive pro nominativo id accipimus sive pro accusativo, verbum non habet, quo referatur. Deinde quoniam supra § 1 legimus ἡδέως ἂν ἀπαλλαγέντας τοῦ πράγματος (i. e. τοῦ μετέχειν τῆς ὀλιγαρχίας), verisimile est Thucydidem hic non negare illos professos esse se liberationem a nimis paucorum dominatione effecturos, sed eos professos esse se cupere ab illa dominatione liberari. Legendum igitur putamus οὔτοι ἀπαλλαξείειν, quo verbo Th. usus est I 95, 7 eiusque interpolator III 84, 1. Nam haereas quidem forsitan etiam in negatione, quod qui pro quadrigentis quinque milia civium rempublicam administrare iussissent non videantur negare potuisse se nolle imperium a nimis paucis teneri, sed id ipsum profiteri debuerint. Sed ne ideo οὕτω, quod Hier. Mueller suasit, pro οὐ τό scribas, prohibet ἀλλά particula, quae nisi negatione servata recte intellegi non potest. Et ea negatio sane apta est, modo ne ad ἀπαλλαξείειν referatur, sed ad verbum quod dicitur finitum, quod in hac sententiae parte excidisse in propatulo est. Nam si ἔλεγον vel simile verbum addimus, haec oritur sententia: metuentes autem, ut dicebant, cum exercitum Samium et Alcibiadem prorsus (vel valde) serio, tum eos, qui Lacedaemonem legatos mittebant, ... non sane illi profitebantur, id quod revera erat, se cupere a nimis paucorum imperio liberari. Et ἀπαλλαξείειν atque negationem a schol. hic reperta esse et ἔπεμπον ab eodem non agnosci apparet ex hac eius adnotatione: ἡ δὲ διάνοια· οἱ περὶ τὸν Θηραμένη ἄρχοντες τότε τῆς ὀλιγαρχίας καὶ μετασχόντες αὐτῆς ἐν πρώτοις, ὀρεγόμενοι δὲ δημοκρατίας ἔλεγον οὐχ ὅτι ἀπαλλακτικῶς ἔχουσι τῆς ὀλιγαρχίας (ὅπερ ἦν ἀληθές), ἀλλ' ὅτι φοβοῦνται τοὺς ἐν Σάμῳ καὶ Ἀλκιβιάδην καὶ τοὺς ἀπιόντας εἰς Λακεδαίμονα πρέσβεις, μή τι οὗτοι κακὸν ἐργάσωνται τὴν πόλιν ὀλιγαρχίας γενομένης. ἤδη οὖν ἠξίουν τοὺς πεντακισχιλίους καθιστάναι. Madv. in Adv. crit. I p. 335 οὔπω ἀπαλλαξείειν ἠξίουν proposuit. — ἐς ὀλίγους ἐλθεῖν similiter dictum atque Aristot.

τοὺς πεντακισχιλίους ἔργῳ καὶ μὴ ὀνόματι χρῆναι
ἀποδεικνύναι καὶ τὴν πολιτείαν ἰσαιτέραν καθιστά-
ναι. ἦν δὲ τοῦτο μὲν σχῆμα πολιτικὸν τοῦ λόγου 3
αὐτοῖς, κατ' ἰδίας δὲ φιλοτιμίας οἱ πολλοὶ αὐτῶν
τῷ τοιούτῳ προσέκειντο, ἐν ᾧπερ καὶ μάλιστα ὀλιγ-
αρχία ἐκ δημοκρατίας γενομένη ἀπόλλυται· πάν-
τες γὰρ αὐθημερὸν ἀξιοῦσιν οὐχ ὅπως ἴσοι,
ἀλλὰ καὶ πολὺ πρῶτος αὐτὸς ἕκαστος εἶναι· ἐκ
δὲ δημοκρατίας, αἱρέσεως γιγνομένης, ῥᾷον τὰ
ἀποβαίνοντα ὡς οὐκ ἀπὸ τῶν ὁμοίων ἐλασσούμε-
νός τις φέρει. σαφέστατα δ' αὐτοὺς ἐπῆρε τὰ ἐν τῇ 4
Σάμῳ τοῦ Ἀλκιβιάδου ἰσχυρὰ ὄντα καὶ ὅτι αὐτοῖς
οὐκ ἐδόκει μόνιμον τὸ τῆς ὀλιγαρχίας ἔσεσθαι.
ἠγωνίζετο οὖν εἷς ἕκαστος αὐτὸς πρῶτος προστά-
της τοῦ δήμου γενέσθαι.

ἰσωτέραν M. Mosqu., *εἰς ἑτέραν* vel *ἐς ἑτέραν* It. Vat. Pal. Aug. Cass. alii.

§ 3. *τὸ σχῆμα* It. Pal. Aug. M. m. et nonnulli mali libri; sed *σχῆμα* hic est pars praedicati.

τῷ τοιούτῳ εἴδει Cl. Ven., per se satis bene (cf. 90, 1), sed ex interpr.

§ 4. *ἐπῄειρε* M., quod ad reliqua imperfecta convenit; *ἐπῆρε* reliqui.

Post *ἕκαστος* adnotationem grammaticam *ἐς ὑπερβολὴν* addunt Ar. Chr. Dan. Reg.

Pol. II 9 (p. 1270 a 18) *διόπερ εἰς ὀλίγους ἥκεν ἡ χώρα.* Diversa sententia legimus *ἐς ὀλίγους ἐλθεῖν* 63, 4.

§ 3. *ἦν δὲ ... αὐτοῖς*, erat autem haec reipublicae forma (cf. VI 89, 6) verbis tantum iis simulata. Cf. adn. VI 18, 6. Non igitur opus est, ut *σχῆμα* pro *προσχῆμα* positum esse statuamus. — *ἐν ᾧπερ* = *ὅπερ ἐὰν γίγνηται.* Cf. adn. 86, 4. — *οὐχ ὅπως.* Cf. adn. I 35, 4. — *ἐκ δὲ δημοκρατίας ... φέρει*, populari autem statu, cum electio fiat, efficitur, ut facilius quisque ferat quae inde eveniunt, quod a paribus (i. e. cum a paribus res proficiscatur sive cum pares sint a quibus res proficiscatur) sibi de iure et commodo suo non detrahi putat. De *ἀπὸ τῶν ὁμοίων* cf. I 141, 1. L. Herbst. adv. Cob. p. 50 sqq. Hac interpretatione omnes sublatae sunt quas h. l. invenerunt difficultates.

§ 4. *τὰ ... ἰσχυρὰ ὄντα*, quod Alcibiadis in Samo potentia multum valebat. Cf. adn. 93. — *ἠγωνίζετο κ. τ. λ.* Cf. adn. III 38, 2. Vocabulum *πρῶτος*, quod praeter codd. Thom. Mag. 67, 9 tuetur, del. Herw. Stud. Thuc. p. 32. Sed inde videtur suam vim habere, quod paucorum imperium non mansurum esse putabant. Ea enim de causa contendebat

οἱ ὀλιγαρχικοὶ ἔς τε Λακεδαίμονα πρέσβεις ἀποστέλλουσι καὶ ἐν τῇ Ἠετιωνείᾳ τεῖχος ποιοῦνται. γνώμη τε καὶ φύσις τούτου.

1 90. *Οἱ δὲ τῶν τετρακοσίων μάλιστα ἐναντίοι*
ὄντες τῷ τοιούτῳ εἴδει καὶ προεστῶτες, Φρύνιχός
τε, ὃς καὶ στρατηγήσας ἐν τῇ Σάμῳ [ποτὲ] τῷ
Ἀλκιβιάδῃ τότε διηνέχθη, καὶ Ἀρίσταρχος, ἀνὴρ
ἐν τοῖς μάλιστα καὶ ἐκ πλείστου ἐναντίος τῷ δή-
μῳ, καὶ Πείσανδρος καὶ Ἀντιφῶν καὶ ἄλλοι οἱ δυ-
νατώτατοι, πρότερόν τε, ἐπεὶ τάχιστα κατέστησαν
καὶ ἐπειδὴ τὰ ἐν τῇ Σάμῳ σφῶν ἐς δημοκρατίαν
ἀπέστη, πρέσβεις τε ἀπέστελλον σφῶν ἐς τὴν Λα-
κεδαίμονα καὶ τὴν ὁμολογίαν προυθυμοῦντο καὶ
τὸ ἐν τῇ Ἠετιωνείᾳ καλουμένῃ τεῖχος ἐποιοῦντο,
πολλῷ τε μᾶλλον ἔτι, ἐπειδὴ καὶ οἱ ἐκ τῆς Σάμου
πρέσβεις σφῶν ἦλθον, ὁρῶντες τούς τε πολλοὺς καὶ
σφῶν τοὺς δοκοῦντας πρότερον πιστοὺς εἶναι με-
2 *ταβαλλομένους. καὶ ἀπέστειλαν μὲν Ἀντιφῶντα καὶ*
Φρύνιχον καὶ ἄλλους δέκα κατὰ τάχος, φοβούμε-
νοι καὶ τὰ αὐτοῦ καὶ τὰ ἐκ τῆς Σάμου, ἐπιστεί-
λαντες παντὶ τρόπῳ ὅστις καὶ ὁπωσοῦν ἀνεκτὸς

Cap. **90.** § 1. *ὁ* vel *ὃ* pro *ὃς* Vat. Aug. Pal. Cass.

ποτὲ om. Laur. Reg. Gr. C. Valla. Varia lectio est *τότε* vocis alio loco posita.

ὁμολογίαν Vat.; reliqui *ὀλιγαρχίαν*, sed male; nam paucorum imperio, quod iam erat constitutum, operam dedisse recte dici illi non possunt.

Ἠετιωνίᾳ hic et infra § 3 pars codd. Sed cf. Herodian. I p. 278.

καὶ ἐπειδὴ καὶ male Vat.

unusquisque, ut plebi praepositus ipse princeps fieret. Minus recte de tempore *πρῶτος* accipit Class.

Cap. **90.** § 1. *εἴδει*] *ἤγουν καταστάσει*. Schol. Cf. III 62, 3. — *ὃς στρατηγήσας ... διηνέχθη*. Vid. 48 et 50. — *ἐν τοῖς μάλιστα*, *mit am meisten*. Cf. adn. VII 19, 4. — *Ἀντιφῶν*. Cf. 68, 1. — *ἄλλοι οἱ δυνατώτατοι*. Cf. adn. 72, 2. — *ἐπεὶ ... κατέστησαν*, simulac constituti sunt. — *πρέβεις ... Λακεδαίμονα*. Vid. 86, 9. Pronomen *σφῶν* del. Herw. l. l. p. 109. Sed non omnino supervacaneum est additum ex ipsorum numero. Poterant enim etiam alios legatos mittere. — *ὁμολογίαν*, „i. e. pacem (cum Peloponnesiis) componendam. Cf. paulo post dicta *ἐπιστείλαντες παντὶ τρόπῳ ξυναλλαγῆναι πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους*.“ Arn. — *προυθυμοῦντο*. Cf. adn. VI 81, 1. VI 17, 1. — *Ἠετιωνείᾳ*. Vid. § 4.

§ 2. *αὐτοῦ*] *ἤγουν ἐν Ἀθήναις*. Schol. — *ὅστις ... ἀνεκτός*. De *ἐστί* in relativa enuntiatione omisso vid. adn. I 16. Cum toto dicendi genere cf. Soph.

ξυναλλαγῆναι πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους. ᾠκοδό- 3
μουν δὲ ἔτι προθυμότερον τὸ ἐν τῇ Ἠετιωνείᾳ
τεῖχος. ἦν δὲ τοῦ τείχους ἡ γνώμη αὕτη, ὡς ἔφη
Θηραμένης καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, οὐχ ἵνα τοὺς ἐν
Σάμῳ, ἢν βίᾳ ἐπιπλέωσι, μὴ δέξωνται ἐς τὸν Πει-
ραιᾶ, ἀλλ' ἵνα τοὺς πολεμίους μᾶλλον, ὅταν βού-
λωνται, καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ δέξωνται. χηλὴ γάρ 4
ἐστι τοῦ Πειραιῶς ἡ Ἠετιώνεια, καὶ παρ' αὐτὴν
εὐθὺς ὁ ἔσπλους ἐστίν. ἐτειχίζετο οὖν οὕτω ξὺν
τῷ πρότερον πρὸς ἤπειρον ὑπάρχοντι τείχει ὥστε
καθεζομένων ἐς αὐτὸ ἀνθρώπων ὀλίγων ἄρχειν τοῦ
τε ἔσπλου ⟨καὶ ἔκπλου⟩. ἐπ' αὐτὸν γὰρ τὸν ἐπὶ

§ 3. τοὺς ἐκ Vat. (modo Σάμου sequeretur!), illos e Samo Valla.

§ 4. αὐτὸ M. (Lugd.) Mosq., αὐτὴν Cl., sed αὐτὸ superscr. eadem manu; αὐτὸν vulgo, quod male defendunt Bernh. Synt. p. 430 et Haack. τειχισμόν cogitari iubentes.

τοῦ γε m. et, ut videtur, deteriores aliquot, quasi maius aliquid quam navium introitus hic cogitari possit, quod non in eorum potestate fuerit; ex correctura, ut videtur, τε om. M. Ven. Lugd. F. ras. Cl.

Oed. R. 344 δι' ὀργῆς ἥπερ ἀγριωτάτη et Matth. Gr. § 445a.

§ 3. τοῦ τείχους ἡ γνώμη] ἤγουν ὁ σκοπὸς τῆς ἀνοικοδομίας τοῦ τείχους. Schol. Itaque γνώμη, consilium, hic de re inanima, etsi Latini non dicunt consilium carminis similiumque rerum. — ἵνα . . . δέξωνται. Xen. Hist. Gr. II 3, 46 confert Bloomf.

§ 4. χηλή. „Vid. interpr. Poll. ad I 99 et 102 et Thuc. I 63, 1 et VII 53, 1.“ Duk. Cf. illic adn. Hic esse promunturium, cum a Suida, Hesychio, Harpocratione, Stephano Byz. Eetionia ἄκρα vocaretur, docere studuit Letronn. Syrac. p. 108. At a Xen. l. d. χῶμα appellatur verbis ἐπὶ τῷ χώματι ἔρυμα τειχίζοντες. Itaque „χῶμα et χηλή in hac re idem significant, id est molem prominentem ad ostium portus coarctandum. Eetionia [cui paeninsulae haec moles adstructa erat] ad septentrionem ab introitu spectabat, e regione Alcimi promunturii. Vid. Leak. Athen. [ed. 2 p. 373 et 377 vel interpr. Germ. p. 266 sq. et 269 sq.].“ Arn. Cf. praeterea Bursian. Geogr. I p. 265. Ceterum nomen fuisse illud quidem proprie adiectivum ex Harpocrationis verbis οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ ἑτέρα τοῦ Πειραιέως ἄκρα ἀπὸ τοῦ κατακτησαμένου τὴν γῆν Ἠετίωνος discimus, sed usu substantivum factum esse apud Thucydidem aliosque scriptores satis liquet. — ἐτειχίζετο. Ex superioribus repete τὸ ἐν τῇ Ἠετιωνείᾳ τεῖχος. — τοῦ τε ἔσπλου ⟨καὶ ἔκπλου⟩. Probabiliter hunc locum secundum II 69, 1 φυλακὴν εἶχε μήτ' ἐκπλεῖν ἐκ Κορίνθου μηδένα μήτ' ἐσπλεῖν et II 93, 4 φρούριον ἐπ' αὐτοῦ ἦν καὶ φυλακὴ τοῦ μὴ ἐσπλεῖν Μεγαρεῦσι μηδ' ἐκπλεῖν μηδέν complevit Class. simul recte moneas

τῷ στόματι τοῦ λιμένος· στενοῦ ὄντος. τὸν ἕτερον πύργον ἐτελεύτα τό τε παλαιὸν τὸ πρὸς ἤπειρον καὶ τὸ ἐντὸς τὸ καινὸν τεῖχος τειχιζόμενον πρὸς θάλασσαν. διῳκοδόμησαν δὲ καὶ στοάν, ἥπερ ἦν μεγίστη καὶ ἐγγύτατα τούτου εὐθὺς ἐχομένη ἐν τῷ Πειραιεῖ, καὶ ἦρχον αὐτοὶ αὐτῆς, ἐς ἣν καὶ τὸν σῖτον ἠνάγκαζον πάντας τὸν ὑπάρχοντά τε

τὸ ἐντὸς τὸ καινὸν τεῖχος Vat. et interior novus Valla, τὸ καινὸν τὸ ἐντὸς τεῖχος Ven. superscr. Cl.; τὸ καινὸν τὸ ἐντὸς τοῦ τείχους reliqui, nisi quod τοῦ om. Laur. Gr. E. At in vulgata non τοῦ τείχους, verum τοῦ παλαιοῦ (τείχους) dicendum erat.

§ 5. ἂν αὐτοὶ It. Vat. Pal. pr. Aug., οἱ αὐτοὶ alii, utrumque prave.

aliud esse 76, 5 κρατεῖν τοῦ ἐς τὸν Πειραιᾶ ἔσπλου de Samia classe dictum. — ἐπ' αὐτὸν γὰρ τὸν ... τὸν ἕτερον πύργον. De iterato articulo vid. Matth. Gr. § 279 adn. 3. Krueg. § 50, 9 adn. 1. „Quem Thucydides dicit τὸν ἕτερον πύργον, ea est altera turrium, quae ab utraque parte aditum in portum defendebant [cf. de talibus turribus III 51, 1], et ea quidem turris quae erat Eetioniae. Iam vero antiquus murus in mediterranea ductus erat ab eo loco, ubi moles naturalem oram litoris attingebat. Erat enim revera murus Piraei, qui, ut aliarum urbium moenia, hunc locum ab hostibus extrinsecus aggredientibus tueretur. At quadrigenti viri cum magis intrinsecus factam aggressionem metuerent, antiquus murus ad terram spectans iis non satis erat; requirebant etiam murum in portum versus erectum, ne castellum suum, quod erat in mole, a Piraeeo sive interiore portu impugnari posset. Itaque πρὸς θάλασσαν idem valent quod πρὸς λιμένα, id quod verba τὸ ἐντὸς τεῖχος clare demonstrant. Consilium erat, ut Eetioniam undique separarent velut διατείχισμα a portu novo muro sicut antiquo ab agris seiunctum." Arn. Τελευτᾶν ἐπί τι similiter dictum est atque τελευτᾶν ἔς τι. — στενοῦ ὄντος. Tam angustus molibus introitus portus factus erat, ut catena adeo claudi posset. Cf. Leak. l. d. et adn. II 94, 4. — τειχιζόμενον. Fuitne τὸ τειχ., ut antea τὸ πρὸς ἤπειρον?

§ 5. διῳκοδόμησαν. Hoc complures interpretes male de aedificanda porticu intellexerunt. „Uberius de hoc verbo agit Abr. in Auct. et ostendit proprie esse aedificationem separare ducto interiectove muro, fossa, canale, aut quocunque alio intermedio." Beck. Cf. adn. IV 69, 2. Esse ita fere positum ut διατειχίζειν, de quo cf. adn. III 34, 2, recte admonet Did. — στοάν. „Eandem porticum designat Thuc., quae aliis dicitur μακρὰ στοά." Huds. Cf. Paus. I 1, 3 ἡ στοὰ ἡ μακρά, ἔνθα καθέστηκεν ἀγορὰ τοῖς ἐπὶ θαλάσσῃ. Haec porticus, ut recte animadvertit Class., non tum demum cum reliqua munitione aedificabatur, sed porticus frumentaria erat a Pericle exstructa et ad portum mercatorium (τὸ ἐμπόριον) in Piraeeo paeninsula sita, de qua cf. Burs. l. l. p. 266. Itaque

καὶ τὸν ἐσπλέοντα ἐξαιρεῖσθαι καὶ ἐντεῦθεν προαιροῦντας πωλεῖν.

Πελοποννησίων ἐς τὴν Εὔβοιαν πλοῦν παρασκευαζομένων Θηραμένης τοῖς τετρακοσίοις πάλιν ἐγκαλεῖ, καὶ οὐκ εἰκῇ.

91. Ταῦτ' οὖν ἐκ πλείονός τε ὁ Θηραμένης 1 διεθρόει καὶ ἐπειδὴ οἱ ἐκ τῆς Λακεδαίμονος πρέσβεις οὐδὲν πράξαντες ἀνεχώρησαν τοῖς ξύμπασι ξυμβατικόν, φάσκων κινδυνεύσειν τὸ τεῖχος τοῦτο καὶ τὴν πόλιν διαφθεῖραι. ἅμα γὰρ καὶ ἐκ τῆς 2 Πελοποννήσου ἐτύγχανον Εὐβοέων ἐπικαλουμένων κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦτον δύο καὶ τεσσαράκοντα νῆες, ὧν ἦσαν καὶ ἐκ Τάραντος καὶ [ἐκ] Λοκρῶν Ἰταλιώτιδες καὶ Σικελικαί τινες, ὁρμοῦσαι ἤδη ἐπὶ Λᾷ τῆς Λακωνικῆς καὶ παρασκευα-

ἐπιπλέοντα omnes praeter Vat. Cf. IV 27, 1. adn. II 93, 4.

Cap. **91.** § 1. τε, quod accessit ex Vat., etiam Valla legit vertens et iam pridem; reliqui libri, qui iidem χρόνον post πλείονος ex interpr. addunt, om.

§ 2. ἐκ om. Vat. et Valla, quae omissio hic placet, quia utrumque nomen ad Ἰταλιώτιδες refertur. Cf. ad. 84, 5.

ἐπὶ Λᾷ Vat. et supra scriptum ab ipso scriba Cl., εἰπίλαι It. Pal. et sine accentu Aug., vulgo Λᾷ om.

Πειραιεύς hic paeninsula est, non portus ut § 3 et 4. Cum ἐν Πειραιεῖ autem proxime iungendum est εὐθύς. Ita si interpretamur, neque ἐν τῷ Πειραιεῖ abesse potest, quod del. Herw. l. l. p. 159, neque, ut idem opinatur, ἐγγύτατα abundat. — ἐξαιρεῖσθαι. „Locus Athenis erat ἐξαίρεσις dictus, quod illic exemptas navibus aut curribus sarcinas seponerent, ut docet Etymologici auctor.“ Huds. Cf. Pollux IX 34 ἐξαίρεσις, ὅπου τὰ φορτία ἐξαιρεῖται, ὥσπερ καὶ τὸ δεῖγμα, supra VIII 28, 1 ἐβούλοντο πλεῦσαι ἐπὶ τὰ σκεύη, ἃ ἐξείλοντο ἐς τὴν Τειχιοῦσσαν, Pseudo-Demosth. XXXIV 8. Τὸν ὑπάρχοντα σῖτον cum eundem esse pateat atque τὸν μὴ ἐσπλέοντα, hic autem vendendi causa plaustris adveheretur, ad τὸν ὑπάρχοντα non minus ἐξαιρεῖσθαι videtur convenire quam ad τὸν ἐσπλέοντα. Ille enim plaustris, hic navi eximitur. — προαιροῦντας. „Signatum verbum προαιρεῖν, e penu aliquid promere. Aristoph. Thesmoph. 425 ἦν ἡμῖν πρὸ τοῦ αὐταῖς ταμιεύεσθαι προαιρούσαις λαβεῖν ἄλφιτον etc.“ Huds. „De hac significatione τοῦ προαιρεῖν plura adnotavit Casaub. ad Theophr. Charact. c. 4.“ Duk.

Cap. **91.** § 1. διεθρόει. Cf. adn. VI 46, 4. — καὶ ἐπειδή, i. e. καὶ διεθρόει ἐπειδή. Atque φάσκων particip. ad idem διεθρόει refertur. — τοῖς ξύμπασι. Omnino verterat Bau., cui assentiuntur Dukas et Did. eodem modo τοῖς ὅλοις pro ὅλως dici adnotans. Sed differt usus ad V 28, 2 illustratus. Quare recte Haack.: „universo populo Atheniensi, non solis oligarchis; cum his enim pacisci non recusabant.“ De proximis vid. Matth. Gr. § 297 p. 757 extr.

§ 2. ἐπὶ Λᾷ. „Commemorat

ζόμεναι τὸν ἐς τὴν Εὔβοιαν πλοῦν (ἦρχε δὲ αὐτῶν Ἀγησανδρίδας Ἀγησάνδρου Σπαρτιάτης)· ἃς ἔφη Θηραμένης οὐκ Εὐβοίᾳ μᾶλλον ἢ τοῖς τειχίζουσι τὴν Ἠετιώνειαν προσπλεῖν, καὶ εἰ μή τις
3 ἤδη φυλάξεται, λήσειν διαφθαρέντας. ἦν δέ τι καὶ τοιοῦτον ἀπὸ τῶν τὴν κατηγορίαν ἐχόντων, καὶ οὐ πάνυ διαβολὴ μόνον τοῦ λόγου. ἐκεῖνοι γὰρ μάλιστα μὲν ἐβούλοντο ὀλιγαρχούμενοι ἄρχειν καὶ τῶν ξυμμάχων, εἰ δὲ μή, τάς τε ναῦς καὶ τὰ τείχη ἔχοντες αὐτονομεῖσθαι, ἐξειργόμενοι δὲ καὶ τούτου μὴ οὖν ὑπὸ τοῦ δήμου γε αὖθις γενομένου αὐτοὶ πρὸ τῶν ἄλλων μάλιστα διαφθαρῆναι, ἀλλὰ καὶ τοὺς πολεμίους ἐσαγαγόμενοι ἄνευ τει-

Ἀγησανδρίδας Ἀγησάνδρου It. Vat. m. Ar. Chr. corr. Pal., Ἀγισανδρίδας Ἀγισάνδρου Aug. Pal. Cass. Lugd., Ἡγησανδρίδας Ἡγησάνδρου vulgo. Et Ἡγησανδρίδου Xen. Hist. Gr. I 1, 1, Ἐπιτελίδαν τὸν Ἡγησάνδρου Thuc. IV 132, 3. Sed Ἀγησανδρίδας rursus optimi libri 94 et 95, 8, et Agesander Lacedaem. adfuit I 139, 3.

§ 3. διαβολὴ μόνον M., reliqui libri paene omnes (etiam Vat.) et Thomas Mag. διαβόλιμον ὄν.

τάς γε legisse videtur Valla certe vertens idque placuit Reiskio.

γε (post δήμου) M. schol., τε vulgo, quod om. Reg. I. Mosqu. K. m. Ar. Chr.

Paus. III 24, 5 τὰ δὲ ἐν δεξιᾷ Γυθίου Λᾶς ἐστι θαλάσσης μὲν δέκα στάδια, Γυθίου δὲ τεσσαράκοντα ἀπέχουσα. De eodem oppido vid. Eustath. ad Hom. Il. II 585 et Strab. p. 364.“ Goell. „Prodita a Pausania intervalla non possunt intellegi nisi de arce vel urbe superiore, cuius unius credibile est Pausaniae tempore reliquias exstitisse. Priore aetate suum urbi portum vel inferius oppidum ad mare situm fuisse non solum ex his Thucydidis verbis apparet, sed etiam ex Liv. XXXVIII 30.“ Arn. Cf. Bursian. Geogr. II p. 147. — τοῖς τειχίζουσι. Est dativus commodi. — λήσειν. Cf. adn. 10, 1. — διαφθαρέντας ad collectivam pronominis indefiniti notionem spectare vidit Abr. Διαφθαρέντες tamen conicit Krueg. comparans VI 25, 2 extr.

§ 3. ἦν ... ἀπό, *es fand so etwas statt von Seiten.* — ἀπὸ τῶν τὴν κατηγορίαν ἐχόντων. „Puto his significari ... ab iis, qui accusati erant, qui criminationem istam sustinebant, [ut Port. convertit.] Loquendi genus videtur simile esse verbis αἰτίαν ἔχειν IV 114, 5, ἀνάγκην ἔχειν V 104.“ Arn. — οὖν ... γέ particulae post participium ita leguntur, ut saepe ἀλλ᾽ οὖν ... γέ post enuntiata concessiva et condicionalia. — ὑπὸ τοῦ ... γενομένου. Bene Port. a populari statu rursus restituto. Δῆμον γὰρ νῦν τὴν δημοκρατίαν λέγει recte schol. Cf. adn. I 107, 4. — τοὺς πολεμίους ἐσ-

χῶν καὶ νεῶν ξυμβῆναι καὶ ὁπωσοῦν τὰ τῆς πόλεως ἔχειν, εἰ τοῖς γε σώμασι σφῶν ἄδεια ἔσται.

92. Διόπερ καὶ τὸ τεῖχος τοῦτο, καὶ πυλί- 1
δας ἔχον καὶ ἐσόδους καὶ ἐπεσαγωγὰς τῶν πολεμίων, ἐτείχιζόν τε προθύμως καὶ φθῆναι ἐβούλοντο ἐξεργασάμενοι. πρότερον μὲν οὖν κατ' ὀλί- 2
γους τε καὶ κρύφα μᾶλλον τὰ λεγόμενα ἦν· ἐπειδὴ δὲ ὁ Φρύνιχος ἥκων ἐκ τῆς ἐς Λακεδαίμονα πρεσβείας πληγεὶς ὑπ' ἀνδρὸς τῶν περιπόλων τινὸς

Φρυνίχου δ' ἐξ ἐπιβουλῆς ἀποθανόντος Θηραμένης καὶ Ἀριστοκράτης

Cap. **92.** § 1. ἐξειργασμένοι Vat. At IV 4, 3 ἠπείγοντο φθῆναι τὰ ἐπιμαχώτατα ἐξεργασάμενοι, et perfecti participii cum φθάνειν iuncti exemplum desideramus.

αγαγόμενοι. Recte igitur Iustinus V 3, 8 optimates urbem prodere Lacedaemoniis temptavisse scribit. — ἄνευ ... ἔχειν. „Consecutio verborum haec est: ξυμβῆναι ἔχειν τὰ τῆς πόλεως ἄνευ τειχῶν καὶ νεῶν καὶ ὁπωσοῦν." Bloomf.

Cap. **92.** § 1. ἐπεσαγωγὰς τῶν πολεμίων, hostium receptacula.

§ 2. πληγεὶς ὑπ' ἀνδρὸς τῶν περιπόλων τινός. „Hunc Plutarchus in Alc. [25] Hermonem appellat ... [quem] causa dicta absolutum coronaque a populo Atheniensi donatum scribit." Huds. „Paulo aliter quam Plutarchus Lycurgus adv. Leocr. [112]: Φρυνίχου γὰρ ἀποσφαγέντος νύκτωρ παρὰ τὴν κρήνην τὴν ἐν τοῖς οἰσυίοις [salictis?] ὑπὸ Ἀπολλοδώρου καὶ Θρασυβούλου. Paulo clarius Lysias Orat. XIII [71]: Θρασύβουλός τε ὁ Καλυδώνιος καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ Μεγαρεὺς ἐπεβούλευσαν· ἐπειδὴ δὲ ἐπετυχέτην αὐτῷ βαδίζοντι, ὁ μὲν Θρασ. τύπτει τὸν Φρύνιχον καὶ καταβάλλει πατάξας. Vid. Aristoph. Lysistr. 313 et ibi schol." Wass. „Lysiae plus tribuendum videri, cum ad acta publica provocet, monet Tayl. vit. Lys. p. 118. Accedit Lycurgi auctoritas, quanquam is nonnulla refert, quae vel dubia vel aperte falsa sint." Krueg. ad Dion. p. 384, qui, quae Plutarchus l. d. de Phrynicho narret, ea docet ex Thucydide ita hausta esse, ut ea corruperit; nam et de causa, cur proditionis damnatus fuerit, parum distincte eum loqui et percussorum ab eo ἕνα τῶν περιπόλων Ἕρμωνα appellari, cum Thucydides περίπολον quidem percussorem dicat, sed Hermonem τῶν περιπόλων τινὰ τῶν Μουνιχίασι ἄρχοντα § 5 vocet, qui gravis armaturae militum conatum adiuverit. Exiguam fidem narrationibus, quae apud oratores leguntur, habendam et absurdum esse eos auctoritati eiusmodi scriptoris, qualis sit Thucydides, opponere demonstrare studet Arn. Add. Meier de Bon. damn. p. 181. De peripolis vid. adn. IV 67, 2. Ad Lysiam cum Thucydide conciliandum tunc περιπόλοις nonnullos cives aetate provectiores atque μετοίκους comprehensos esse conicit Thirlw. Hist. Gr. IV p. 65 adn., et Bergk. quoque in Comment. antiqu. stud. a. 1827 p. 1099 περιπόλους negat esse ephebos Atticos, sed disciplinae publicae administros. Cf. Herm. Ant. Gr. I § 121, 10.

ἐξ ἐπιβουλῆς ἐν τῇ ἀγορᾷ πληθούσῃ καὶ οὐ πολὺ ἀπὸ τοῦ βουλευτηρίου ἐπελθόντος ἀπέθανε παραχρῆμα, καὶ ὁ μὲν πατάξας διέφυγεν, ὁ δὲ ξυνεργός, Ἀργεῖος ἄνθρωπος, ληφθεὶς καὶ βασανιζόμενος ὑπὸ τῶν τετρακοσίων οὐδενὸς ὄνομα τοῦ κελεύσαντος εἶπεν οὐδὲ ἄλλο τι ἢ ὅτι εἰδείη πολλοὺς ἀνθρώπους καὶ ἐς τοῦ περιπολάρχου καὶ ἄλλοσε κατ' οἰκίας ξυνιόντας, τότε δὴ οὐδενὸς γεγενημένου ἀπ' αὐτοῦ νεωτέρου καὶ ὁ Θηραμένης ἤδη θρασύτερον καὶ Ἀριστοκράτης καὶ ὅσοι ἄλλοι τῶν τετρακοσίων αὐτῶν καὶ τῶν ἔξωθεν ἦσαν ὁμογνώ-
3 μονες ᾖσαν ἐπὶ τὰ πράγματα. ἅμα γὰρ καὶ ἀπὸ

θρασύτερον ἤδη ἅπτονται τῶν πραγμάτων.

§ 2. ἀπελθὼν codd. praeter προσελθὼν M., προελθὼν b. Scriptum olim fuit ἐπελθόντος (superscr. προσ). Cf. adn.
δείη pro εἰδείη Vat.

— ἐν τῇ ἀγορᾷ πληθούσῃ. Ἀγορᾶς πληθούσης et περὶ πλήθουσαν ἀγοράν plerumque de tempore dici eo, quod sit inter mane et meridiem, multis docet ad h. l. Duk. Add. interpr. ad Xen. Anab. I 8, 1. „Ceterum male hic effusam Dukero opinor lectionis copiam nec tempus horamve intellegi, ubi praesertim dicat ἐν . . ., locum signans, non tempus; etenim illo tempore, tali perturbatione, nullo tempore forum vacaret.“ Bau. Cui assensus Arn. comparat Plutarchi verba τὸν Φρύνιχον ἑνὸς τῶν περιπόλων . . . ἐν ἀγορᾷ πατάξαντος. Sed recte Class. locum quidem significari ait, sed simul addito πληθούσῃ tempus indicari. De Lycurgi, cuius verba supra posuimus, dissensu cf. etiam Thirlw. l. d. p. 75. — καὶ οὐ . . . ἐπελθόντος. Vulg. scripturam καὶ οὐ . . . ἀπελθών, in qua primus suo iure offendit Krueg., ita tueri studet Class., ut haud procul a curia digressus haec verba interpretatus cum ἐν τῇ ἀγορᾷ πληθούσῃ iungat. Sed si ita accuratius fori locus, ubi Phrynichus occisus esset, describeretur, prorsus inutile esset additum ἀπελθών et utique, id quod suadet Herw. l. l. p. 110, delendum. Nam ita tantum suam vim haberet, si antea memoratum esset Phrynichum e curia venisse et iam, cum haud procul inde discessisset, is interfectus esse diceretur. Maluimus autem leni litterarum mutatione huic loco subvenire quam delere quod ut adderet haud facile quisquam adduci posset. — τοῦ κελεύσαντος. De articulo cf. Bernh. Synt. p. 318. Soph. Ant. 360 et ibi Herm. Krueg. Gr. § 50, 4 adn. 3. — ἐς τοῦ περιπολάρχου, scil. οἰκίαν. — ἀπ' αὐτοῦ. Inde a Phrynichi caede post schol. interpretatur Bau. „Est potius ex hac re. Cf. c. 99.“ Hertl., qui recte addit Theramenem cum suis sollicitos videri fuisse, ne Argivus ille quaedam proderet, unde sibi malum oriretur; hoc enim indicari vocabulo νεώτερον, ut VII 86, 4. — ᾖσαν ἐπὶ τὰ πράγ-

τῆς Λᾶς αἱ νῆες ἤδη περιπεπλευκυῖαι καὶ ὁρμι-
σάμεναι ἐς τὴν Ἐπίδαυρον τὴν Αἴγιναν κατεδε-
δραμήκεσαν· καὶ οὐκ ἔφη ὁ Θηραμένης εἰκὸς εἶ-
ναι ἐπ' Εὔβοιαν πλεούσας αὐτὰς ἐς Αἴγιναν κα-
τακολπίσαι καὶ πάλιν ἐν Ἐπιδαύρῳ ὁρμεῖν, εἰ μὴ
παρακληθεῖσαι ἧκοιεν ἐφ' οἷσπερ καὶ αὐτὸς ἀεὶ
κατηγόρει· οὐκέτι οὖν οἷόν τε εἶναι ἡσυχάζειν.
τέλος δέ, πολλῶν καὶ στασιωτικῶν λόγων καὶ ὑπ- 4
οψιῶν προσγενομένων, καὶ ἔργῳ ἤδη ἥπτοντο τῶν
πραγμάτων· οἱ γὰρ ἐν τῷ Πειραιεῖ τὸ τῆς Ἠετι-
ωνείας τεῖχος ὁπλῖται οἰκοδομοῦντες, ἐν οἷς καὶ
Ἀριστοκράτης ἦν ταξιαρχῶν καὶ τὴν ἑαυτοῦ φυ-
λὴν ἔχων, ξυλλαμβάνουσιν Ἀλεξικλέα, στρατηγὸν
ὄντα ἐκ τῆς ὀλιγαρχίας καὶ μάλιστα πρὸς τοὺς
ἑταίρους τετραμμένον, καὶ ἐς οἰκίαν ἀγαγόντες εἷρ-
ξαν. ξυνεπελάβοντο δὲ αὐτοῖς ἅμα καὶ ἄλλοι καὶ 5

§ 3. *Λᾶις* Vat., *Λακεδαιμονίας* M. cum aliquot deterioribus. Cf. sd. 91, 2.

κατεδεδραμήκεσαν Mosqu., *καταδεδραμήκεσαν* reliqui. Cf. sd. III 23, 1.

§ 4. Vat. non male *ὁ Ἀριστ.* (nam nominatus est 89, 2), reliqui *ὁ* om.

φυλὴν Laur. Cl. Ven. Gr., *φυλακήν*, reliqui parum apte. Cf. adn.
ἑτέρους libri deteriores. Cf. adn.
τεταγμένον Vat. M.

ματα. „Alibi *ἔργου ἔχεσθαι*, ut [I 49, 7] II 2, 4. Et hic paulo post *ἔργῳ ἥπτοντο τῶν πραγμάτων.*" Bloomf. Cf. I 89, 1.

§ 3. *Λᾶς.* Cf. 91, 2. — *περιπεπλευκυῖαι*, circumvectae Maleam. — *ἐς Αἴγιναν κατακολπίσαι*] *εἰς τὸν τῆς Αἰγίνας* (immo *Αἰγίνης*) *κόλπον πλεῦσαι.* Schol. Lugd. Rarissimum verbum *κατακολπίζειν* legitur etiam Polyb. XXXIV 12, 10. — *πάλιν . . . ὁρμεῖν.* Classis igitur Peloponnesiorum ab Aegina Epidaurum videtur redisse, ubi eam stationem occupavisse verbo *ὁρμισάμενοι* indicatum est. Et peractae invasionis statum plusquamperf. *κατεδεδραμήκεσαν* designavit. Cf. 94, 2. — *οἷόν τε εἶναι*, licere. Cf. adn. VII 42, 3.

§ 4. *φυλήν.* Cf. adn. VI 98, 4 et de taxiarcho tribum suam habente Aeschin. II 169. Herm. Antiqu. I § 152, 10. — *Ἀλεξικλέα.* Cf. Lycurg. c. Leocr. 115 et Krueg. ad Dion. p. 384. — *ἑταίρους.* Vid. 48, 3. 4 et ibi adn. Vulgatam *ἑτέρους* tuetur Krueg., quia ad *ἑταίρους* genitivum, velut *Πεισάνδρου*, addi necesse sit. Vid. Stud. hist. II p. 232. Sed Alexicles suis, i. e. factionis oligarchicae, sociis maxime deditus fuisse dicitur.

Ἕρμων τις, τῶν περιπόλων τῶν Μουνιχίασι τε-
ταγμένων ἄρχων· τὸ δὲ μέγιστον, τῶν ὁπλιτῶν τὸ
6 στῖφος ταὐτὰ ἐβούλετο. ὡς δὲ ἐσηγγέλθη τοῖς τε-
τρακοσίοις (ἔτυχον δὲ ἐν τῷ βουλευτηρίῳ ξυγκαθ-
ήμενοι), εὐθύς, πλὴν ὅσοις μὴ βουλομένοις ταῦ-
τα ἦν, ἑτοῖμοι ἦσαν ἐς τὰ ὅπλα ἰέναι καὶ τῷ
Θηραμένει καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ ἠπείλουν. ὁ δὲ
ἀπολογούμενος ἑτοῖμος ἔφη εἶναι ξυναφαιρησόμε-
νος ἰέναι ἤδη· καὶ παραλαβὼν ἕνα τῶν στρατη-

§ 5. τῶν περιπόλων τις omnes praeter Vat., nisi quod περιπολλῶν Aug. et τινὸς M. cum eadem verborum collocatione. Ita pronom. indefin., quod Valla non expressit, ad ἄρχων referendum esset; sed ne sic quidem aptum esset aut iustum locum teneret.

Μουνυχίασι, Μουνιχιάσι, Μουνυχιᾶσι codd. In antiquis titulis est *Μουνιχία, Μουνιχίασι, Μουνιχίαθεν*. Cf. Inscr. Att. I n. 215. 273. Boeckh. Tab. nav. p. 291. Ahrens. in Mus. Rhen. XVII p. 362. Veram formam item 93, 1 tacite rescripsimus.

πλῆθος Vat. ex interpr. pro στῖφος. Contra si hoc genuinum fuisset, in eius locum nullo modo succedere poterat στῖφος. Cf. adn.

ταῦτα post στῖφος codd. Cf. adn.

§ 6. στρατηγῶν ὅστις omnes praeter Vat. Sed cf. Krueg. Gr. § 51, 8.

§ 5. Ἕρμων. De eo cf. Boeckh. Inscript. I p. 221. — τῶν ὁπλιτῶν τὸ στῖφος Cum στῖφος idem esse possit atque τάξις (Hesych. enim et Suid. eam τάξιν πολεμικήν esse interpretantur et cf. Herod. IX 57. Xen. Anab. I 8, 13), significari videntur οἱ ἐν τάξει ὄντες ὁπλῖται atque opponi τοῖς ἐν τῷ Πειραιεῖ τὸ τῆς Ἠετιωνείας τεῖχος οἰκοδομοῦσι, qua de re cf. adn. 69, 1. — ταὐτὰ ἐβούλετο. „Ut II 79, 2 τῶν οὐ ταὐτὰ βουλομένων, VII 74, 1 οἱ ταὐτὰ βουλόμενοι, IV 113, 1 οἷς ταὐτὰ ἤρεσκε, VIII 84, 3 ξυνεδόκει δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ξυμμάχοις ταῦτα. Unde . . . apparet . . . non recte [nonnullos] de Stephani coniectura ταὐτά scripsisse.“ Haas. Lucubr. Thuc. p. 56. Sed verborum contextum qui accuratius examinaverit, facile significari intelleget milites gravis armaturae, qui in ordinibus erant, consensisse cum iis, qui murum aedificabant, idemque consilium secutos esse, et aliter comparata esse exempla supra allata praeter IV 113, 1, ubi item ταὐτά legendum est.

§ 6. πλὴν ὅσοις . . . ἦν] πλὴν ὅσοι μὴ ἐβούλοντο δηλαδὴ ὀλιγαρχεῖσθαι. Schol. parum accurate. Nam ταῦτα refertur ad ea quae ad coërcendum nimium paucorum imperium tum fiebant. De βουλ. ἦν cf. adn. II 3, 2. Parum verisimiles sunt coniecturae Haasii l. d. aut πλὴν μὴ ὅσοις legendum aut πλὴν delendum esse suspicantis. — ἐς τὰ ὅπλα ἰέναι. „Currere ad hastas et clipeos, quae arma in illis temporibus urbis semper in compluribus locis apertis ac propatulis composita servabantur, et armare se ad pugnam. Vid. 69, 1. VII 28, 2.“ Arn. „Plerumque ἐπὶ τὰ ὅπλα. Sed ἐς praepositione locus significatur.“ Krueg. — ξυναφαιρησόμενος, scil. Ἀλεξικλέα.

γῶν, ὃς ἦν αὐτῷ ὁμογνώμων, ἐχώρει ἐς τὸν Πειραιᾶ· ἐβοήθει δὲ καὶ Ἀρίσταρχος καὶ τῶν ἱππέων νεανίσκοι. ἦν δὲ θόρυβος πολὺς καὶ ἐκπληκτι- 7
κός· οἵ τε γὰρ ἐν τῷ ἄστει ἤδη ᾤοντο τόν τε Πειραιᾶ κατειλῆφθαι καὶ τὸν ξυνειλημμένον τεθνάναι, οἵ τε ἐν τῷ Πειραιεῖ τοὺς ἐκ τοῦ ἄστεως ὅσον οὔπω ἐπὶ σφᾶς παρεῖναι. μόλις δὲ τῶν [τε] 8
πρεσβυτέρων διακωλυόντων τοὺς ἐν τῷ ἄστει διαθέοντας καὶ ἐπὶ τὰ ὅπλα φερομένους, καὶ Θουκυδίδου τοῦ Φαρσαλίου, τοῦ προξένου τῆς πόλεως, παρόντος καὶ προθύμως ἐμποδὼν τε ἑκάστοις γιγνομένου καὶ ἐπιβοωμένου μὴ ἐφεδρευόντων ἔτι τῶν πολεμίων ἀπολέσαι τὴν πατρίδα, ἡσύχασάν τε καὶ σφῶν αὐτῶν ἀπέσχοντο. καὶ ὁ μὲν Θηρα- 9
μένης ἐλθὼν ἐς τὸν Πειραιᾶ (ἦν δὲ καὶ αὐτὸς στρατηγός), ὅσον καὶ ἀπὸ βοῆς ἕνεκα, ὠργίζετο

καὶ Θηραμένους ξυμφάντος τὸ ἐν Ἠετιωνείᾳ τεῖχος καθαιρεῖ-

§ 7. ξυνειλεγμένον Vat. Reg.
ἄστεος Vat. et reliquorum aliquot. Cf. Dindorf. lex. Sophocl. s. v. et Usener in Annal. phil. a. 1873 p. 159.
§ 8. μόγις plerique. Cf. sd. VII 40, 3.
τε om. Vat. It. Aug. Pal. M. Cass. Cl. Ven. Lugd. F.
ἕκαστον It. Pal. Aug. Cass., ἕκαστος Laur., ἑκάστῳ Cl. Ven. E.
ἔτι Vat. It. Pal. Aug., om. Gr., ἐγγὺς reliqui, cui simillimum est IV 71, 1. Sed cf. adn.
§ 9. καὶ post ὅσον deteriores om. Cf. adn.

§ 7. οἵ τε γὰρ ἐν τῷ ἄστει . . . „Confer similem locum II 94, 1.“ Bloomf. — τὸν ξυνειλημμένον. Vid. § 4. — ὅσον οὔπω. Cf. adn. IV 125, 1.

§ 8. Θουκυδίδου τοῦ Φαρσαλίου. Cf. Marcell. § 28 et ibi de variis viris huius nominis adn. — τοῦ προξένου. Distinctionis faciendae causa dicitur is qui proxenus erat civitatis. Perperam igitur τοῦ del. Herw. l. l. — ἔτι. Cum hostes adhuc insidientur, inter se pugnantes patriam perdent. — σφῶν αὐτῶν ἀπέσχοντο. Port.: a manibus *mutuo* sibi afferendis abstinuerunt. Cf. adn. IV 25, 9. VI 77, 1. VII 44, 4.

§ 9. ὅσον . . . ἀπὸ βοῆς ἕνεκα, quantum vel (cf. Krueg. Gr. § 69, 32 adn. 19) per clamorem vociferandi causa (non ex vera animi irritatione) fiebat. Eadem locutione utitur Xen. Hist. Gr. II 4, 31 ἐπεὶ δ' οὐκ ἐπείθοντο, προσέβαλλεν ὅσον ἀπὸ βοῆς ἕνεκεν, ὅπως μὴ δῆλος εἴη εὐμενὴς αὐτοῖς ὤν.“ Huds. et Wass. Egregie de hac locutione exposuit Wyttenbachius in Ecl. hist. p. 414. Videri ait compositam esse formam ex duabus dictionibus, altera ὅσον ἀπὸ

τοῖς ὁπλίταις· ὁ δὲ Ἀρίσταρχος καὶ οἱ ἐναντίοι τῷ ἀληθεῖ ἐχαλέπαινον. οἱ δὲ ὁπλῖται ὁμόσε τε

ται. ἔπειτα δὲ γίγνεται παράκλησις

πλήθει omnes praeter D. Sed schol. γράφεται τῷ ἀληθεῖ ἐχαλέπαινον idemque legit Valla revera vertens, quasi esset τὸ ἀληθές. Cf. adn.

βοῆς, altera ὅσον βοῆς ἕνεκα. De illa simplici ὅσον βοῆς ἕνεκα satis copiose et accurate egisse Abreschium Diluc. Thuc. p. 803 sq., ut mirum sit in illo ἕνεκα, de quo cf. Matth. Gr. § 576, haesisse Bauerum. Ita etiam ἀπὸ φωνῆς, ἀπὸ κραυγῆς, ἀπὸ γλώττης saepe legi, quorum omnium exempla profert. Cf. adn. VII 10. Iam ὅσον addi eadem ratione, qua in verbis ὅσον ἐπ' ἐμοί. Cf. adn. 70, 1. Post quae optime explicata non debebat eidem Wyttenbachio p. 456 placere coniectura ἀποβοῆς. „Etiam nostrates duabus praepositionibus utuntur non raro, v. c. *von Rechts wegen*, *von Amts wegen*, *um des Geschreies willen*. Cf. Herm. ad Vig. [§ 363 et ad Soph. Phil. 550.]." Haack. Add. Matth. Gr. § 636, 1. Arnoldus praeter Graeca τίνος χάριν ἕνεκα et ἀμφὶ σοὔνεκα, quae ab Herm. et Matth. petantur, non apta comparat. Ex iis autem, quae Bloomf. confert, maxime huc pertinent ὅσον ἀπὸ βοῆς apud Dion. Cass. XL 62, 2 et ὅσον γε ἀπὸ βοῆς LI 9, 6. — οἱ ἐναντίοι, scil. Theramenis. — τῷ ἀληθεῖ ἐχαλέπαινον, rei veritatem aegre ferebant, cum Theramenes, qui iram simularet, eam haud aegre ferret. Cf. Plat. de Rep. 480 τῷ ἀληθεῖ χαλεπαίνειν οὐ θέμις. Goeller πλήθει (cf. sd.) ideo retinet, quia οἱ ἐναντίοι nimis nude positum esse aliquis dicat, nisi adiciatur vulgatum πλήθει non, ut Bau. voluerit, ad ἐχαλέπαινον referendum. Cum autem, sicut hoc perspicuitas orationis, ita, τῷ ἀληθεῖ ut adderetur, oppositionis ratio postularet, se ambas scripturas coniuncturum fuisse, nisi τῷ ἀληθεῖ ea vi dici, ut esset revera, nec usus Graecorum pati videretur nec Thucydidis, qui scriberet τὸ δ' ἀληθές. Praeter τὸ ἀληθές (cf. VI 33, 2) dicitur quidem etiam τῇ ἀληθείᾳ, ut πρόφασιν μὲν ... τῇ δ' ἀληθείᾳ Arri. Exp. Al. I 25, 6, τῷ μὲν λόγῳ ... τῇ δ' ἀληθείᾳ Isocr. III 33, τῷ μὲν δοκεῖν ... τῇ δ' ἀληθείᾳ Aristid. II p. 663 ed. Dind., τῷ μὲν δοκεῖν ... ταῖς δὲ ἀληθείαις insolentius Ios. A. I. XIV 11, 6 (cf. schol. Thuc. VI 22), δοκήσει μέν ... τῇ δ' ἀληθείᾳ Zon. An. X 15 extr., τῷ μὲν φαινομένῳ ... τῇ δ' ἀληθείᾳ Niceph. Greg. p. 190. Add. Steph. Thes. in v. ἀλήθεια. Sed eo quod τῇ ἀληθείᾳ ita legitur eodem modo dictum esse τῷ ἀληθεῖ nondum demonstratum est. Itaque nisi alio modo τῷ ἀληθεῖ ἐχαλέπαινον iungi posset, Goelleri rationem sequi ipsis verbis cogeremur. At obstat non solum, id quod et ipse sensit, oppositionis ratio, sed etiam ne Theramenes quidem, quanquam cum populo in gratiam redire tum studebat, plebi favebat, et secundum ea quae 90, 1 legimus saltem οἱ μάλιστα ἐναντίοι τῷ δήμῳ dicendum erat. Iniuria igitur Goell. secutus est Class. Qui quod exemplum Platonicum a nobis allatum, quamvis simillimum sit, huc non pertinere contendit, ne apud Plat. quidem τὸ ἀληθές, ut ille opinatur, ipsam veri notionem habet, sed id quod verum est significat. — ἐχαλέπαινον magis animi sensum, ὠργίζετο magis externam irae faciem indicat.

§ 10. ὁμόσε τε ἐχώρουν ... τῷ ἔργῳ] ᾖγουν ἐβού-

ἄρχειν δεῖν τοὺς πεντακισχιλίους.

ἐχώρουν οἱ πλεῖστοι τῷ ἔργῳ καὶ οὐ μετεμέλοντο, καὶ τὸν Θηραμένη ἠρώτων εἰ δοκεῖ αὐτῷ ἐπ' ἀγαθῷ τὸ τεῖχος οἰκοδομεῖσθαι, καὶ εἰ ἄμεινον εἶναι καθαιρεθέν. ὁ δέ, εἴπερ καὶ ἐκείνοις δοκεῖ καθαιρεῖν, καὶ ἑαυτῷ ἔφη ξυνδοκεῖν. καὶ ἐντεῦθεν εὐθὺς ἀναβάντες οἵ τε ὁπλῖται καὶ πολλοὶ τῶν ἐκ τοῦ Πειραιῶς ἀνθρώπων κατέσκαπτον τὸ τείχισμα. ἦν δὲ πρὸς τὸν ὄχλον ἡ παράκλησις 11
ὡς χρή, ὅστις τοὺς πεντακισχιλίους βούλεται ἄρχειν ἀντὶ τῶν τετρακοσίων, ἰέναι ἐπὶ τὸ ἔργον. ἐπεκρύπτοντο γὰρ ὅμως ἔτι τῶν πεντακισχιλίων τῷ ὀνόματι, μὴ ἄντικρυς δῆμον ὅστις βούλεται ἄρχειν ὀνομάζειν, φοβούμενοι μὴ τῷ ὄντι ὦσι καὶ πρός τινα εἰπών τίς τι ἀγνοίᾳ σφαλῇ. καὶ οἱ τετρακόσιοι διὰ τοῦτο οὐκ ἤθελον τοὺς πεντακισχιλίους οὔτε εἶναι οὔτε μὴ ὄντας δήλους εἶναι, τὸ μὲν καταστῆσαι μετόχους τοσούτους ἄν-

λοντο συμπλακῆναι τῇ πράξει. Schol. Non satis similia *πρὸς τὰ ἔργα ἐχώρουν* III 83, 3 et iterum, ut § 2, *ἔργου ἔχεσθαι* comparat Bloomf. — *καὶ εἰ.* Repete cum Krueg. *δοκεῖ.* Pro *καί* forsitan malis *ἤ* (Reisk. *ἢ καί*). Valla: an satius foret dirui. Sed separatim haec interrogare poterant, quae pariter negaturus erat Theramenes. De participio cf. adn. I 118, 3.

§ 11. *παράκλησις ὡς χρή.* Cf. adn. 76, 3. — *ἐπὶ τὸ ἔργον*] *ἤγουν ἐπὶ τὸ κατασκάπτειν τὸ τεῖχος.* Schol. — *ἐπεκρύπτοντο γὰρ ὅμως ...* „Hic verborum sensus: *οὗτοι γάρ, καίπερ τὴν δημοκρατίαν καταστῆσαι βουλόμενοι, ὅμως ἔτι τὸ πρᾶγμα καὶ τὴν αὐτῶν διάνοιαν ἐπέκρυπτον τῷ τῶν πεντακισχιλίων ὀνόματι ὥστε μὴ ἄντικρυς ... ὀνομάζειν.*“ Ae. Port. „Cf. II 53, 1 *ἃ πρότερον ἀπεκρύπτετο μὴ καθ' ἡδονὴν ποιεῖν* [et ibi de negatione adn.].“ Arn. — *μὴ ἄντικρυς δῆμον*] *καθ' ὑπερβατόν, ὅστις βούλεται τὸν δῆμον ἄρχειν, μὴ ἄντικρυς ὀνομάζειν.* Schol. — *φοβούμενοι μὴ ... ὦσι.* Simul audiendum *οἱ πεντακισχίλιοι.* Metuebant, ne revera exstarent quinque milia civium a quadringentis lecta, quamvis nomina eorum non essent divulgata. Ita enim, ut monet Arn., temerarium erat de populari quod antea fuerat imperio loqui cum eo qui propriam sibi esse vellet cum parte civium reipublicae administrationem neque cum omnibus eam communem habere. — *καὶ πρός τινα ... σφαλῇ*] *φοβούμενοι δηλαδὴ μή τις, εἰπὼν ὅτι ὀρέγεται δημοκρατίας πρός τινα ὅς ἐστι τῶν πεντακισχιλίων, ἀγνοῶν ὅτι ἐστὶν εἷς ἐκείνων, ἐν κινδύνῳ γένηται.* Schol. — *οὐκ ἤθελον ... εἶναι.* Portus: neque volebant illos quinquies mille cives esse neque constare eos non

τικρυς [ἂν] δῆμον ἡγούμενοι, τὸ δ' αὖ ἀφανὲς φόβον ἐς ἀλλήλους παρέξειν.

οἱ οὖν τοῦ Πειραιῶς ὁπλῖται ἐς τὸ ἄστυ πορεύονται· οἷς τῶν τετρακοσίων τινὲς ἐς λόγους ξυνελθόντες ἐκκλησίαν περὶ ὁμονοίας ξυντίθενται.

1 93. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ οἱ μὲν τετρακόσιοι ἐς τὸ βουλευτήριον ὅμως καὶ τεθορυβημένοι ξυνελέγοντο· οἱ δ' ἐν τῷ Πειραιεῖ ὁπλῖται τόν τε Ἀλεξικλέα, ὃν ξυνέλαβον, ἀφέντες καὶ τὸ τείχισμα καθελόντες, ἐς τὸ πρὸς τῇ Μουνιχίᾳ Διονυσιακὸν [τὸ ἐν τῷ Πειραιεῖ] θέατρον ἐλθόντες καὶ θέμενοι τὰ ὅπλα ἐξεκλησίασαν, καὶ δόξαν αὐτοῖς εὐ-

Cap. 93. § 1. *τὸ ἐν τῷ Πειραιεῖ* interponuntur in Vat. It. Pal. Aug. M. Cass. Ven. F. Mosq. marg. Cl. et marg. m., nisi quod in Aug. *τῶι*, in F. *τω* pro *τό* legitur, agnoscitque Valla. Cf. adn. *ἐξεκλησίασαν* I., reliqui *ἐξεκκλησίασαν*. Cf. adn.

esse. — [ἂν] *δῆμον ἡγούμενοι.* Particulam *ἄν* ita interpretati sunt, ut *εἶναι* subaudirent. Sed cum verbo simul *ἄν* omitti ostendunt V 104. VII 44, 4. VIII 81, 1. Certe Class., qui *ἄν* defendit, ne uno quidem exemplo opinionem suam comprobavit. Recte igitur id del. Krueg.

Cap. 93. § 1. *ὅμως καὶ τεθορυβημένοι,* i. e. *καὶ* (*καίπερ*) *τεθορυβημένοι, ὅμως.* Cf. Matth. Gr. § 566, 3. — *Διονυσιακόν.* „Illic enim comitia (scil. extraordinaria, nam comitiorum locus ordinarius erat olim *ἐν τῇ Πνυκί*) celebrabantur, ut testatur Iul. Pollux VIII 10." Huds. Cf. adn. 67, 2. — [*τὸ ἐν τῷ Πειραιεῖ*] additamentum esse ex eo cognoscitur, quod unum in Piraeeo theatrum erat idque inter septentriones et occidentem ad latus declive arcis Munichiae situm, ubi eius reliquiae etiam nunc cernuntur. Cf. Bursian. Geogr. I p. 269. Simulatque igitur Dionysii ad Munichiam theatrum appellatum est, hoc in Piraeeo situm esse ex se intellegitur. Praeterea verborum collocatio interpolationem arguit. — *θέμενοι τὰ ὅπλα.* Cf. adn. II 2, 4. — *ἐξεκλησίασαν.* „Mendosa scriptura, quae partem codicum hic et apud Thucydidem omnes, ut videtur, [praeter unum] obsedit, *ἐξεκκλησίασαν.* Vid. et Xenoph. Hist. Gr. V 3, 16 et var. lect. ad Lys. XIII 73. 76. Conatus quidem erat olim Schneider [ad Xenoph. et Schoemann. de Comit. Athen. p. 57] peculiarem verbo *ἐξεκκλησιάζειν* sensum tribuere, [ut esset extra locum solitum comitia habere,] sed mutavit sententiam [ille] in novissima Hellenicorum editione ad l. c., quamvis mendosam ibi per *κκ* scripturam corrigere neglexerit. Memorabile autem in Oeconomico Aristot. 2, 13 [et Ioseph. Ant. l. XVII 6, 3] participium quoque legi *ἐξεκκλησιάσας* sensu a simplici forma non diverso idemque compositum apud eiusdem fere aevi LXX interpretes aliquotiens inveniri. Vid. Intpp. ad Hesych. v. *ἐξεκκλησίασε.* Verum has formas mero populi errori originem debere, cum in Attico illo *ἐξεκλησίασα* duplicem praepositionem homines sibi visi sint audire, facile, opinor, cuique persuadebo." Buttm. ad Demosth. Mid. p. 102. „[Ego] duas tantum vel tres legitimas puto formas fuisse, priorem *ἐκ-*

θὺς ἐχώρουν ἐς τὸ ἄστυ καὶ ἔθεντο ἐν τῷ Ἀνα-
κείῳ τὰ ὅπλα. ἐλθόντες δὲ ἀπὸ τῶν τετρακοσίων 2
τινὲς ᾑρημένοι πρὸς αὐτοὺς ἀνὴρ ἀνδρὶ διελέγοντό
τε καὶ ἔπειθον οὓς ἴδοιεν ἀνθρώπους ἐπιεικεῖς
αὐτούς τε ἡσυχάζειν καὶ τοὺς ἄλλους παρακατ-
έχειν, λέγοντες τούς τε πεντακισχιλίους ἀποφανεῖν,
καὶ ἐκ τούτων ἐν μέρει ᾗ ἂν τοῖς πεντακισχιλίοις
δοκῇ τοὺς τετρακοσίους ἔσεσθαι, τέως δὲ τὴν πό-
λιν μηδενὶ τρόπῳ διαφθείρειν μηδ' ἐς τοὺς πολε-
μίους ἀνῶσαι. τὸ δὲ πᾶν πλῆθος τῶν ὁπλιτῶν, 3
ἀπὸ πολλῶν καὶ πρὸς πολλοὺς λόγων γιγνομένων,
ἠπιώτερον ἦν ἢ πρότερον καὶ ἐφοβεῖτο μάλιστα
περὶ τοῦ παντὸς πολιτικοῦ· ξυνεχώρησάν τε ὥστ'
ἐς ἡμέραν ῥητὴν ἐκκλησίαν ποιῆσαι ἐν τῷ Διονυ-
σίῳ περὶ ὁμονοίας.

§ 2. τέως om. τὴν δὲ scribens Vat.; sed aptissimum hic τέως, interea, quanquam ne Valla quidem expressit. Excidit etiam 99.

φθείρειν Vat. Cf. ad. VII 36, 5.

κλησίαζον et fort. ἠκκλησίαζον, alteram ἐξεκλησίαζον; ἐξεκκλησίαζον autem pariter atque verbum ἐξεκκλησιάζω librorum potius quam de sententia Buttmanni ad Demosth. cadentis linguae vitio tribuerim.“ L. Dind. in Steph. Thes. v. ἐκκλησιάζω. At Buttmannum rectius quam Dindorfium iudicasse nobis duobus exemplis participii, quae paulo ante allata sunt, et plurimis locis LXX interpretum videtur constare. Cf. Krueg. Gr. § 28, 14 adn. 10. — Ἀνακείῳ] Διοσκούρων ἱερῷ· ἄνακες γὰρ οἱ Διόσκουροι. Schol. Lugd. Non longe ab Agrauli fano afuisse discimus e Paus. I 18, 2. „Ad radices arcis in septentriones versus. Cf. Leak. Athen. p. 131 [ed. 2 p. 195. interpr. Germ.]“ Arn. Cf. Burs. l. l. p. 294 sq. Curt. Wachsmuth. de Urbe Ath. I p. 219 sqq.

§ 2. ἐπιεικεῖς, moderatos, modestos. — ἐν μέρει. Cf. adn. IV 11, 3. — διαφθείρειν. Huc relatum λέγοντες iubendi vim habere adnotat Krueg. Cf. adn. II 71, 4. — ἀνῶσαι. „Ἀνατραπεῖσαν ἐς τὰς τῶν πολεμίων χεῖρας ἐμβάλλειν.“ Ae. Port.

§ 3. περὶ τοῦ παντὸς πολιτικοῦ] ἤγουν περὶ τῆς πάσης πολιτείας. Schol. De περί cf. adn. I 60, 1. — ἐς. Cf. adn. III 84, 2. — ἐν τῷ Διονυσίῳ. „In templo Bacchi, cuius reliquiae nonnullae etiamnunc cernuntur sub angulo arcis inter austrum et orientem spectanti. Cf. Paus. I 21. . . . Thucydidis aetate hoc theatrum insolitus locus contionum erat, sed paucis annis post saepe ad eas adhibitum est, et de nonnullis rebus lege constitutus locus fuit, ubi contiones haberentur. Vid. Schoemann. de Comit. Athen. p. 56.“ Arn.

1 94. Ἐπειδὴ δὲ ἐπῆλθεν [ἡ ἐν Διονύσου ἐκ-
κλησία] καὶ ὅσον οὐ ξυνειλεγμένοι ἦσαν, ἀγγέλ-
λονται αἱ δύο καὶ τεσσαράκοντα νῆες καὶ ὁ Ἀγη-
σανδρίδας ἀπὸ τῶν Μεγάρων τὴν Σαλαμῖνα παρα-
πλεῖν· καὶ πᾶς τις [τῶν πολλῶν ὁπλιτῶν] αὐτὸ
τοῦτο ἐνόμιζεν εἶναι τὸ πάλαι λεγόμενον ὑπὸ
